

irrogatur, quo casu alterabitur pœna, & impo-
netur sibi alia iudicis arbitrio, textus est ibi no-
tabilis in vrs. fin. quem summè commendat Bart.
& Doctores, unum tamen est, quod si dominus
solvat pœnam pecuniariam pro eo, liberatur. Ita
disponit prædicta l. 10. tit. 1. 7. part.

Contra
servi qua-
liter fiat
probatio.

Item adde, quòd probatio delicti potest fieri
contra servum per testes, vel per confessionem pro-
priam, vel alio genere probationis, sicut contra
quemlibet hominem liberum; textus est notabilis
in leg. servos, in princ. Cod. ad leg. Jul. de vi.
Cujus verba sunt, Servos, qui fecisse violentiam
confessionibus testium, aut propriis docebuntur &c.
Imò, quod magis est, sola confessio servi spon-
tanea sufficit ad condemnationem ejus. Ita probat
apertè text. in dist. l. servos, & tenet Glossa ordi-
naria in l. 2. §. 1. ff. de ex noxal. caus. agatur; unum
tamen est, quod ad hoc, ut confessio servi probet,
& ex ea possit condemnari, oportet quòd
cum ea concurrat semiplena probatio, vel aliqua
indicia urgentia: vel si negaverit, quòd sit facta
confessio in tormentis præcedentibus indiciiis,
aliàs non staretur soli ejus confessioni spontaneæ,
quia videtur tendere in præjudicium domini. Ita
probat textus notabilis in leg. quero, §. final. ff.
de edict. edict. & per illum textum ita tenet Glossa
ordinaria in l. cum probatio, ff. de probation. & ibi
Salycetus, & communiter Doctores, & per illum
textum ita etiam tenet Paulus in dist. l. 2. §. 1. ff. de
noxal. caus. agat. 2. colum. n. 4. Alexand. 1. colum.
in fin. numero 4. Glossa in leg. quicunque, Cod. de
servis fugitivis, in glossa penult. in fin. & ibi Doctores.
Socius in l. cum filius fam. de verborum obligat.
5. colum. numero 11. & ibi Jason, col. nu-
mero 15. Advertendum tamen, quòd licet ser-
vus possit accusari, & condemnari pro delicto,
tamen dominus ejus potest adesse causæ, & eum
defendere alegando, & respondendo pro eo,
ratione proprii interesse: textus est notabilis in
l. 2. Cod. de accusat. Cujus verba sunt: Si cuius-
dam criminis obnoxius servus postulatur, dominus
eum defendere potest, & in iudicio assistere, accu-
satoris intentionibus respondens, & ibi Glossa ordi-
naria & communiter Doctores, & idem dispo-
nit prædicta lex 20. tit. 2. 7. part. Imò etiam tunc
poterit dominus constituere procuratorem, quia
non videtur dominus, vel procurator ejus in-
tervenire pro alio, sed pro ipso, & suo interesse,
textus est in leg. servus etiam, ff. de public. judic.
quo casu totus processus & iudicium agitur
cum ipso servo tamquam principali persona,
quam tangit negotium, & ei proponetur accusa-
tio, & cum eo lis contestabitur per responsionem
suam, & ei assignabitur terminus probationis,
& defensionis, & contra eum debet fieri senten-
tia, diffinitiva: ita tenet & declarat Glossa ordi-
naria & communis opinio Doctorem in dist. l. 2.
Cod. de accusat. Ex quo inferitur, quòd non re-
quiritur, quòd dominus citetur, ut compareat, &
assistat causæ agitante cum servo, quia princi-
paliter fundatur iudicium in persona servi, & in
terminis ita tenet Bald. in l. filiusfam. ff. de his
qui sunt sui vel alien. jur. 1. l. 1. ff. de iud. in l.
fin. §. nace sperare, Cod. de bonis qua lib. 4. colum.
n. 12. Angel. de Perus. in l. cum filiusfamilias, ff.
de verbor. obligation. in fin. quos ego sequor, &
reputo esse notabile & singulare, licet Salycetus
in dist. l. 1. Cod. de accusat. teneat contrarium.
Ex quo collige utilem, & necessariam doctrinam
in practica, quòd quando principaliter procedi-
tur contra aliquem licet in consequentiam fiat
præjudicium tertio, non propterea ille tertius

Dominus
servum de-
fendere po-
test in cau-
sa crimi-
nali.

est citandus, & probat etiam textus in leg. sepè,
ff. de ve iudic. juncta communi doctrina & theo-
rica Doctorum ibi, & ita tenet & confirmat
Bartol. in questionibus suis, question. 3. in. co-
lumna.

Adde tamen circa prædicta, quòd licet servus
accusatus, vel inquisitus confiteatur delictum,
& ex illa confessione possit condemnari, con-
currentibus his quæ supra dixi, tamen bene pos-
set dominus probare contrarium. Ita est Glossa
singularis & unica in leg. 2. §. 1. ff. de ex noxal. caus.
agat. in gloss. 1. in medio, quam ad hoc summè no-
tat, & commendat ibi Baldus, & reputat singula-
rem & unicam Paul. 2. col. n. 8. Alexand. 2. col. &
Jason 1. col. n. 4. Ex qua Glossa & communi doct-
rina inferunt prædicti Doctores ibi, quòd si ex
forma legis, vel statuti, pater, dominus,
vel quilibet alius teneatur ad pœnam pecuni-
ariam ex delicto alterius, bene habetur confessio
ipsius delinquentis, etiam in præjudicium tertii
solvere debentis, sed poterit probare contrarium
pro suo interesse, & in expresse ita etiam deter-
minat Bart. in l. cum filiusfam. de verbor. obligat.
fin. col. Bald. in leg. filiusfam. ff. de his qui sunt sui vel
alien. jur. 1. l. 1.

* Advertendum tamen quòd prædicta debent
intelligi quòd pro delicto agitur contra servum
criminaliter: secus verò si commisit delictum fur-
ti, rapinae, violentiæ, injuriæ, vel simile delictum
pro quo agatur civiliter contra dominum, quia
teneatur solvere damnum vel interesse, vel dare
servum pro noxa, & hoc si fecerit ignorante do-
mino vel eo sciente & prohibere non valente,
secus verò aliàs, quia tenetur in solidum, text. est
in l. 1. §. per totum, ff. de noxa. text. in l. 1. §. per
totum, ff. de ex no. caus. agat. text. in l. 1. §. per
totum, C. eo sit text. in §. per totum, Insti. eo. tit.
& idem disponit lex 5. in fin. tit. 15. 7. part.
quod tamen subintelligit quando particulariter
servus fecit damnum: secus verò si familia servo-
rum communicato consilio: quia tunc sufficit
quòd dominus solvat pretium sive æstimationem
damni, sicut si unus fecisset, vel omnes date pro
noxa. Quod inferitur, intellige domino ignorante
vel sciente, & prohibere non valente, ut supra
dictum est, text. est in l. 1. §. per totum, ff. de familia
furtum fecisse dicatur, & ibi com. Doct. text. & ibi
Bart. & com. Doct. in l. si familia, ff. de jur. omni.
jur.

E quibus junctis sequentibus nota & intellige
perpetuò, quòd quadrupliciter potest alicui fieri
damnum vel præjudicium, à persona animata,
animæ sensitivæ & rationali, ut liber homo, vel
servus, de quibus dictum est. Aliquando, & 2. ab
animali, quòd habet animam sensitivam, & non
rationalem, ut equus, bos, taurus, vel quodlibet
aliud animal vel jumentum à natura mansueta,
quia tunc dominus tenetur, vel solvere damnum
& æstimationem ejus, vel dare animal pro noxa,
text. est in l. 1. §. per totum, ff. si qua pau. se. dic. &
ibi com. & Doct. & idem disponit l. 2. tit. 15.
7. part. cum sequenti. Si verò damnum fiat ab ani-
mali à natura non mansueto, sed fero ut leo, ur-
sus, serpens, & similibus, tunc in solidum tenetur
dominus propter culpam quam incurrit, illud
tenendo, ut ibi displicat. Aliquando & tertio
damnum fit à re animata anima tantum vegetativa
vei nutritiva, ut arbor, & planta secundum Aristot.
in 2. de anima, & omnes Philosophos: quia omnis
id quod crescit, augetur, vel diminuitur, necessariò
habet animam illius forme & nature, & est causa
principalis, & efficax talis effectus: tunc si misc-

Amplia.

Amplia.

77
Abiens
quando
possit
accusari
de delicto.

78
Post mor-
tem an
quis possit
accusari &
puniri.

Pœna af-
flicti
non pos-
sunt cade-
re in mor-
tuum.

radices in fundo, vel domo alterius, vel misc-
ramos sursum supra domum, vel fundum in præ-
judicium ejus, potest tolli juris remedio, vel prop-
riâ autoritate secundum distinctionem, text. &
ibi Doct. l. 1. §. per 10. ff. de arboribus cadentis,
& in l. C. de interd. & ibi commun. Doct. & in
l. si. tit. 15. 7. part. Aliquando, & 4. damnum fit
à re proflus animata anima rationali, vel sen-
sitiva, vel vegetativa, ut domus vel ædificium,
& tunc post cautionem petitam & præstitam
teneatur dominus ejus in solidum. Ante verò si
minatur ruinam iudicio peritorum in arte, statim
debet iudicis mandato dirimi. Si verò non mina-
tur ruinam, nec est in tam promptu periculo,
nec cautio fuit petita, & domus vel ædificium
diruatur, & sine factò alicujus destruatür domi-
nus ejus solvet damnum, aut relinquet domum,
vel ædificium dirutum ipsi offenso & damnum
passo: text. est in l. 1. §. per totum, ff. de immo in-
fecto, text. magis in specie in l. evenit, cod. tit. text.
in l. fluminis, §. hac stipulatio, cod. tit. & idem dis-
ponit lex 10. & 11. tit. fin. 3. part. & ista est bre-
vissima & vera resolutio illorum jurium.

Item etiam quæro an & quando abiens possit
accusari & condemnari de delicto: De quo arti-
culo plenè & magistraliter dixi in l. 76. in legib.
Tauri. Idèd hic omitto, & te remitto ad scripta
per me in d. legib. Tauri, ubi vide, quia est ibi
necessarium.

Item etiam similiter quæro, an & quando delin-
quens possit accusari & puniri post mortem?
In quo dubio, & notabili articulo dico, quòd
regulariter non: sed per mortem ejus statim extinguitur
delictum, quoad pœnam corporalem, & quoad
pœnam confiscationis bonorum, modò
delictum sit publicum, modò privatam, textus
est capitalis & expressus in leg. defuncto, ff. de
public. judic. Cujus verba sunt: Defuncto eo,
qui reus fuit criminis, est pœna extincta: & ibi
notat & commendat Glossa ordinaria, Bart. Alber.
Angel. Imol. & communiter Doct. textus in
l. 3. eodem tit. secundum unam lecturam, textus
in l. in senatus, §. si propter, ff. ad Turpil. Ex
quo inferitur, quòd post mortem delinquentis
non debet iudex interponere pœnam cadaveri,
quia viderat inferre injuriam defuncto, & per
consequens heredibus, aliàs teneretur in syndi-
catu, argumento text. in l. 1. §. quotiens, ff. de inju-
riis, & in l. pen. tit. 13. 1. part. ita tenet Angel. &
Imol. in d. l. defuncto. Petrus in l. 2. C. qui testam.
fac. poss. & ibi Cyn Angel. Roman. Alexand. Jal.
Corn. & alii Moderni. Ange. in l. fin. Cod. si reus,
vel accusat. mort. sur. Bald. in l. una, Cod. ex deli-
ctis defunct. 2. colum. num. 2. ubi adducit nota-
bilem rationem, quia pœna afflictivè animati
corporis sunt pœnae sensus, quæ non possunt
cadere in hominem mortuum, Angel. in l. qui à
larronibus, §. quis, ff. de testam. Angel. &
malefic. in parte presente & appellante, amepen-
ult. colum. vers. quid si reus Angel. de Aret. in
§. interdam, Insti. de hered. qua ab int. stat. deser.
1. colum. num. 2. Confirmatur, quia pœnae priva-
tionis status non cadunt in mortuum, textus est
in l. qui libertinos, §. postumus, ff. de oper. liber.
& ibi communiter Doctores. Quod tamen limita-
& intellige, nisi delictum sit gravissimum, &
enorme: quia tunc bene poterit iudex pœnam
imponere cadaveri, ipsum furca ignominiosè
suspendendo, vel aliâ pœnâ affliciendo propter
facti memoriam, & aliorum terrorem, argumen-
to text. in c. mulier, 15. quest. 1. ubi animal interfici-
tur propter delictum contra naturam cum eo

commisum, argumento etiam text. in c. cum
ad monasterium, vers. qui, quod si proprietatis, de statu
monachorum, ubi monachus, qui tempore mortis
inventus est possidere pecuniam, vel aliam rem
propriam, debet sepeliiri extra monasterium in
sterquilino, in signum perditionis suæ & ad hoc
notant & commendant Doct. ibi, & istam sen-
tentiam & conclusionem tenet & probat Glossa
singularis & unica in iure in l. 2. ff. arborum su-
sim casarum, ubi expresse dicit, quòd famosi
latrones furcâ suspenduntur deinde bestiiis sub-
jiciuntur, argumento text. in l. capitalium, ff. de
pœnis; sed ille text. nihil probat, sed debuit alle-
gari text. in §. famosi, ejusdem legis, & illam
Glossam ad hoc reputat singularem Roman. in
l. 2. C. qui testam. fac. poss. idem Roman. in l. si verò,
§. de vero, ff. solut. matrim. 46. fallentia principali.
num. 79. reputat etiam Augustinus in addit. ad
Angel. de malefic. in fin. parte fin. colum. idem Au-
gustinus in parte, qui iudex videns, for. 9. 3. co-
lum. & tenet notabiliter Imol. licet illam Glos-
sam non alleget in l. defuncto, ff. de public. judic.
1. colum.

Sed salvâ eorum pace ista sententia & conclu-
sio non potest de jure procedere & sustentari,
quia simpliciter genericè, & absolute jura dicunt
& disponunt, quòd omne delictum extinguitur
morte. Nec obstat textus in dist. cap. mulier,
quia ille textus non vult, quòd animal suspen-
datur per modum pœnæ, sed tantum quòd sim-
pliciter interficiatur, ne sit memoria delicti, ut
latius dixi in delicto adulteri, nec obstat etiam
textus in d. c. cum ad monasterium, quia ibi
imponitur pœna denegationis sepulture, quæ
proprie cadit in mortuis, ut in l. 1. ff. de cadav.
pmit. & ita eum intelligit Bald. in l. uni. C. ex
delictis defunctorum, 2. colum. num. 2. & Philippus
Decius in l. imperiam, ff. de iuris. ill. omni. judic.
3. col. n. 19. nec obstat Gloss. in d. l. 2. ff. arbor.
sur. casar. quia illa Gloss. & text. quem voluit alle-
gare in d. §. famosi, loquitur in pœna continua-
ta, & non verò inceptiva distincta, & de per se
nam primo delinquens furca suspenditur, &
statim corpus ejus traditur bestiiis, & sic pœna
continuat, & non imponitur de novo: sed
licet ista mea opinio sit verissima, de jure tamen
superior sententia & conclusio contraria servari
in practica, in toto regno, à quo tu non
recedas. Ex quo primò inferitur, quòd ex hoc
sustentatur practica, quæ habet, quòd in delicto
heresis post mortem imponitur pœna cadaveri:
quia concremantur ossa ut effigies ipsius delin-
quentis, & idem esset in delicto læsæ majesta-
tis, & in delicto contra naturam. Secundò in-
fero, quòd quando quis se occidit, imponitur
pœna cadaveri, quia corpus ejus publicè duci-
tur per vias publicas, & furcâ suspenditur, &
ita vidi praticari in hac civitate Salmanticensi
nam quidam forensis, qui dicebatur fugisse de
religione, & monasterio, voluit & tentavit
habere accessum ad puerum, & cum eo com-
mittere peccatum contra naturam, & ex indi-
ciis captus fuit, & in carcere se suspendit, &
statim publicè ductus est per civitatem, & vias
publicas, & concremantus fuit. Confirmatur iste
casus aliâ ratione, quia cum decedat in notorio
peccato mortali, non videtur sibi in hoc fieri
aliqua injuria, nec videtur excessiva pœna impo-
ni, sed valde condigna delicto, & in expresse in
isto casu, quando quis se occidit, quòd cadaver
ejus puniatur, tenet & firmat Paris de Pat. in
tractatu syndacatus, in parte mortuus, fol. 173. &

79

Pœna he-
retici post
mortem.
Pœna con-
fessio mor-
tuis.
Casus no-
tabilis.

ante eum voluit Baldus in d.l.2. Cod. qui testam. fac. poss.

80 Advertendum tamen, quod superior conclusio & sententia, quæ habet, quod delictum extinguitur morte debet intelligi regulariter, præterquam in casibus & delictis sequentibus. Primus casus est in delicto hæresis, quia durat post mortem, quoad bona: & probato delicto post mortem, confiscantur bona, textus est in l. 4. C. de hæres. textus in l. apostatarum, Cod. de apostat. textus in c. sane, el. 2. 2. 4. quæst. 2. textus in c. accusatus, §. in eo vero casu, de hæres. lib. 6. & idem disponit l. 7. tit. 1. 7. part. 1. §. 1. tit. 2. c. lib. 4. fol. 100.

Limita 1. Secundus casus est in crimine læsæ majestatis humane, quia durat post mortem respectu bonorum, text. est in l. ex judiciorum, versicul. 1. ff. de accusat. text. in l. P. Antonius, §. rei perduellionis, ff. de acquir. hæreditate, text. in leg. donationes in concubinam, §. final. ff. de donat. text. in l. cum filius, §. fin. ff. de legat. text. in penult. & in l. fin. C. ad leg. Just. majest. text. in §. per contrarium, Instit. de hæred. quæ ab intestat. deser. text. in §. 2. Instit. ff. de public. judic. & utrobique communiter Doctores.

Limita 3. Tertius casus est in crimine repetundarum, quando judex durante officio injuste recipit aliquas pecunias, vel res à subditis, vel litigantibus, ut in l. 1. & per totum, ff. ad leg. Jul. repet. quia tunc durat post mortem, quoad bona, textus est in d. l. judiciorum, ff. de accus. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem disponit prædict. l. 7. tit. 1. 7. part. Quartus casus est in crimine peculatus, quando, quis rem sacram, vel publicam subtrahit, quia tale crimen durat post mortem, quoad pecuniam bonorum, textus est in l. fin. ff. ad l. Jul. pecul. & ibi communiter Doctores.

Limita 5. Quintus casus est, quando delinquens conscientiam criminis se interfecit posteaquam erat accusatus, vel inquisitus de crimine, vel in eo deprehensus, nam tale delictum durat post mortem, respectu confiscationis bonorum, si crimen erat tale propter quod bona veniebant confiscanda, quia habetur pro confesso & condemnato, licet hæredes possint probare contrarium, text. est in l. final. ff. de bonis, eorum qui ante sententiam mori sibi conf. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, de quo articulo latius dicam in delicto homicidii.

Limita 6. Sextus casus est, quando ex delicto imponitur poena amissionis bonorum ipso facto, vel jure, quia tali casu durat delictum post mortem, respectu bonorum, ita probat textus in l. Casus, ff. ad Syllan. text. in ex judiciorum, versic. adeo ff. de accusat. text. in auctent. de incest. nupt. text. in c. 1. de homicidio, lib. 6. facit etiam bonus text. in leg. commissæ, ff. de publ. & vestig. & in expresso ita tenet Gloss. singularis & unica juncto textu in l. 3. §. quod autem, ff. quod quis jure, in gl. fin. quam ibi ad hoc notat & commendat Bart. Bald. & communiter Doctores, antiqui, & reputat singularem Alex. & Moderni, & illam Gloss. ad hoc reputat singularem & unicam Bald. in l. que sub conditione, §. fin. ff. de cond. instit. idem Bald. in rubr. Cod. de privi. dotis, §. col. n. 1. 2. Jacob. de S. Georg. in l. si quis major, Cod. de transact. penult. col. num. 56. tenet etiam Angel. in l. qui à latronibus, §. si quis, ff. de testam. Salyc. in l. 1. C. si reus vel accus. mor. fuer. 1. col. num. Bald. in l. una, Cod. ex delictis defuncto, 2. col. num. Platea in l. final. Cod. de jur. fidei. 2. col. Abb. in c. dilecti, de arbit. 3. col. num. idem Abb. in c. fin. de donat. 2. col. num. Joan. de Ana. in cap. vergentis, de hæred. 2. col. num. Angel. de Aret. in §. non omnes, de perpet. & tempor. ad. Philip. Decius in leg. pupillum, §. in hæredes,

ff. de reg. jur. 2. fallentia. Tiraquel. in rep. si anquam C. de revocand. n. 241.

Adde tamen, quod in omnibus casibus, in quibus reus potest accusari post mortem, & memoria ejus damnari, & bona confiscari, de quibus supra dictum est, debet intelligi infra quinquennium post mortem delinquentis, quo transacto non potest amplius contra ipsum procedi, nec contra hæredes vel tertios bonorum possessores; ita probat text. notabilis in l. 1. C. de apostatis, ubi habetur, quod apostata potest accusari post mortem infra quinquennium tantum, & ad hoc notat & commendat Bart. ibi, qui ex eo infert, quod omnia jura civilia, & canonica, quæ dicunt quod de crimine hæresis, vel læsæ majestatis, vel alio gravissimo delicto, possit cognosci post mortem: debent intelligi infra quinquennium, & per illum text. ita tenet Gloss. ordinaria in l. Manichæus, Cod. de hæres. & ibi communiter Doctores, tenet etiam Angel. de Aret. in §. interitum, Instit. de hæred. quæ ab intestat. deser. & in apostata idem expressè disponit l. 7. tit. 2. 7. part. facit etiam bonus textus in l. 2. C. de vestig. & com. ubi dicit, quod in bonis fisco delatis propter vectigal non solum, præscribitur spatium quinque annorum, quem ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, Bart. & alii Doctores, in l. commissæ, ff. de public. & vestig. Sed advertendum, quod contra prædicta facit textus formalis & expressus in cap. 2. de præscriptione, lib. 6. ubi disponitur, quod in crimine hæresis post mortem potest procedi infra quadraginta annos, & imponitur poena confiscationis bonorum, quæ nocet hæredibus & aliis quibuscumque possessoriis, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & reperio quod Abb. Panormitanus itam difficultatem in cap. cum nobis, de præscr. 3. col. n. 8. & finaliter dicit, quod text. in d. l. 2. Cod. de apostatis, & superior sententia, & conclusio ex eo elicit procedat, & habeat locum, quando bona veniunt applicanda fisco seculari: textus vero in d. cap. 2. procedat & habeat locum quando bona veniunt applicanda fisco Ecclesiæ, quem sequitur ibi Felinus 3. col. n. 12. Sed salva eorum pace in hoc subtili, & necessario articulo ego dico & teneo pro firma veritate, quod cum hodie in crimine hæresis procedatur attentè dispositione juris Canonici, per quod inducitur ista quadragenaria præscriptio, de qua per textum in d. c. 2. de præscriptio, lib. 6. licet bona applicentur fisco seculari, ut in c. communicamus, el. 2. §. damnatus de hæres. indistinctè possit cognosci infra quadraginta annos, textus ille in d. l. 2. C. de apostatis, & superior doctrina ex eo elicit habeat locum, & procedat in crimine læsæ majestatis humane, & in crimine contra naturam, & in omnibus aliis criminibus, in quibus potest procedi post mortem delinquentis, quod reputo singulare & quotidianum.

Adde tamen, quod licet regulariter delictum extinguatur morte, etiam quoad poenam confiscationis bonorum, ut supra dictum est, tamen debet intelligi, quando reus delinquens moritur ante sententiam diffinitivam latam contra eum, etiamsi lis fuerit contestata; secus tamen est, si moriatur post sententiam transactam in rem judicatam, quia tunc poena confiscationis bonorum bene transit ad hæredes, text. in l. ex judiciorum, ff. de accusat. & ibi Bartol. Alber. & communiter Doctores, & idem est, si reus delinquens solemniter

niter in judicio erat confessus crimen, aut erat contra eum facta legitima probatio, quia isti casus equiparantur sententiæ, & postea mortuus est, quia tunc poena confiscationis bonorum, etiam transit contra hæredes, ita singulariter Baldus in l. unica, Cod. ex delictis defunctorum, 2. col. num. 3. quod certe non videret verum, quia dato, quod isti duo casus equiparentur sententiæ, tamen debet intelligi sententiæ non transactæ in rem judicatam, sed existentis infra tempus datum ad appellandum; & licet moriatur post sententiam latam si non transit in rem judicatam, poena confiscationis bonorum non transit ad hæredes, ut supra dixi, & statim infra proximè dicam allegando glossam ad hoc; ergo nec in his duobus casibus qui equiparantur sententiæ.

Limita. Item adde, quod prædicta debent intelligi, quando talis reus delinquens mortuus est post sententiam diffinitivam transactam in rem judicatam, secus tamen est, si ab ea erat appellatum, vel mortuus fuit infra tempus datum ad appellandum, quia tunc poena confiscationis bonorum non transit ad hæredes: ita est Gloss. singularis, & unica in l. ex judiciorum, ff. de accusat. quam ibi ad hoc reputat singularem, & unicam Bart. Alber. & Angel. post Dynum & antiquos, illam etiam reputat unicam Imol. in l. defuncto, infra isto titulo, de publ. jud. Salycet. in leg. final. Cod. si reus, vel accusat. mor. fuer. illam etiam reputat singularem & unicam Bald. Angel. in l. qui à latronibus, in §. 1. ff. de testamentis, Baldus in l. 1. n. 1. Cod. ex delictis defunctis, 3. col. num. 4. idem Baldus in c. quoniam contra factam de probat. penult. col. num. licet Jacob de Raven. in aut. leg. ex judiciorum, quem refert ibi Bartol. tenet contrarium, imò, quod indistinctè poena transit contra hæredes eo ipso, quod est lata sententia, modò ab ea sit appellatum, modò non: & licet Bartol. concordando opiniones dicat, quod eo casu quo hæres appellavit, sit vera sententia Gloss. aliàs non.

Argum. 3. Sed his non obstantibus sententiæ & conclusio Gloss. superius allegatæ est vera & tenenda, pro qua est text. expressus in l. final. Cod. si reus vel accusat. mor. fuer. & ibi notat & commendat Cynus & alii Doctores. Secundò facit ratio conclusiva, quia sententiæ & poena confiscationis in eo contenta non habet effectum consummatum, quando ab ea est appellatum, vel potest appellari, imò reduciur lis & causa principalis ad statum, in quo erat ante litem contestatam, text. singularis in l. ita demum, Cod. de procuratoribus, & ita Bald. & communiter Doctores. Tertio confirmatur text. in l. post rem in d. catam, ff. de transact. ubi habetur, quod licet transactio non valeat, tamen bene valet, & tenet quando ab ea est appellatum vel quando fit intra tempus datum ad appellandum. Quarta etiam facit textus singularis & unicus in suo casu in cap. solon, de appellat. l. 6. ubi disponitur, quod attentata post appellationem, vel post tempus datum ad appellandum, revocatur per judicem appellationis, quem ad hoc reputat singularem, & unicam Ancharanus & alii Doct.

83 Item etiam prædicta intellige, quando poena confiscationis bonorum venit in consequentiam delicti, secus si principaliter in sententiæ fuit imposita poena bonorum, quia tunc indistinctè transit post mortem, licet à sententiæ sit appellatum, vel duret tempus datum ad appellandum, ita probat text. in leg. 3. Cod. si pendens, appellat. mor. interven. & ibi Cynus, Bartol. Bald. Paul. Salycet.

& communiter Doctores. Cujus ratio est, quia quando principaliter imponitur poena confiscationis bonorum, videntur duæ sententiæ; sed quando punitur accessoriè, & in consequentiam delicti, extincto ipso delicto, de quo principaliter agitur, extinguitur poena bonorum, & reputatur unica tantum sententia, argumento text. in l. etiam, §. 1. de minor. text. in l. quadam mulier ff. familia erise, text. in l. Cornelia pia, ff. de jure patronatus. Unum tamen est bene notandum circa prædicta, quod licet post mortem rei delinquentis extingatur judicium, quod contra eum pendebat, ut supra dictum est, tamen bene potest hæres ejus instare & petere à iudice, ut declaret defunctum tale delictum non commisisse; habet & recepta super hoc informatione & probatione verè & juridicè, & judex tenetur facere pro evitanda infamia defuncti, & conservanda ejus memoria: ita probat textus singularis, & unicus in jure in leg. fito, §. Scia, ff. de adimendis legibus quem ibi ad hoc summè notat & commendat solus Alber. & in terminis illum text. ad hoc reputat singularem & unicam Bald. in l. una, Cod. ex delictis defunctorum, 2. col. num. & istud teneo licet Salycet in l. 1. Cod. si reus vel accusator mori fuer. 1. col. num. teneat contrarium, eà ratione, ne judicium claudicat. Sed ad hoc respondeo, quod favor liberationis hoc operatur, sicut alios plures effectus, & specialiter operatur, argumento text. in l. interpretatio, ff. de penit. absentem, eod. tit. text. in l. respiciendum, eod. titulo, cum similibus. Item adde, quod prædicta procedunt, quando delictum est publicum, & venit imponenda poena corporalis, & poena bonorum fisco applicanda; secus tamen est, si delictum sit privatum, & ex eo venit imponenda poena civilis pecuniaria parti applicanda, ut in delicto furti, vel bonorum raptorum; injuriæ, vel simili delicto, quia tunc si reus delinquens moriatur ante accusationem propositam, vel ea proposita ante litem contestatam extinguitur, & annullatur delictum: tamen si deccat pendente accusatione, & litem contestatam, tunc judicium & instantia, & per consequens illa poena bonorum transit contra hæredes, text. est in l. ex judiciorum, versic. fin. ff. de accusat. text. in l. una, C. ex delictis defunctorum, text. in §. non autem omnes, Instit. de perpet. & tempor. action. & utrobique communiter Doctores, & idem disponit lex 25. tit. 1. 7. part.

* Ex quibus dixi & judicavi in contingentiæ facti, quod mortuo iudice qui fecit litem suam ante litem contestatam, non tenetur ex quasi delicto, arg. text. in §. 1. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nasc. & ibi Doctores. & in terminis ita tenet Paris de Puteo in tractatu syndicali in verbo, hæres fol. 116. n. 4. * Ex quo ego infero unum satis singulare, quod vidi de facto, quod si quis stupravit virginem, & deccat ante litem motam, & litem contestatam, non poterit talis virgo corrupta superveniens agere contra hæredes pro damno & interesse, vel dote: quod est verum, & procedit de jure Civili, sed de jure Canonico & ejus aequitate, bene poterit petere, & tenetur hæres exonerare conscientiam ipsius defuncti, ut infra proximè dicam, & in terminis in nostro casu & questione reperio, quod ita tenet solus Collectarius in cap. 1. de adulteris, 2. col. num. 2.

Item adde, quod mortuo accusatore & sic offenso, qui passus est delictum, æstio vel accusatio

Mortuo ac-
cusatore
actio pec-
uniaria
transit in
heredes.

Actio civilis pecuniaria sibi competens transit ad
ejus heredes indistincte, modo debeat post
litem contestatam, modo ante; quod intellige,
quando competat propter rem familiarem, dam-
num, vel interesse, quod pretendit & sibi defecit,
ut in delicto furti, vi bonor. raptor. legis Aquil-
iæ, & similib. secus tamen est si competat ad me-
rā vindictam, ut in delicto injuriæ, & alio simili,
quia accusatore defuncto, qui injuriam passus est,
non transit ad heredes, nisi ante mortem ejus
lis fuerit contestata, text. est in l. 1. §. heredem,
ff. de privator. delict. & ibi Bart. & communiter
Doctores, text. in l. quod diximus, §. hac actio,
quod metus causa, text. in l. si veris, §. hoc autem,
ff. de his qui desec. vel effuder. text. in l. inde
Neratus, §. si infans, ff. ad l. Aquil. textus in
leg. hac actio ff. de calumniis, text. in leg. injuria-
rum actio, la 1. ff. de injur. text. in l. 1. Cod.
ex delict. defunct. text. in §. non autem omnes,
Instir. de perpet. & temp. act. & idem disponit
l. 2. §. tit. 1. 7. part. & que dicatur proprie
actio pccnalis, civilis, propter rem familiarem,
propter vindictam, ponit glossa singularis & uni-
ca in l. emancipatus filius, ff. de collat. bonor.
quam ibi notat & commendat, & alii Doctores, &
reputat singularem & unicam Imol. in l. interdum,
infra tit. 1. col. idem Imol. in l. rei judicate, §.
1. & ibi Alexand. & Moderni, similes tamen
Gloss. est in l. §. pro here, §. final. ff. de acquir.
hered. Ex quibus inferitur, quod actio de dolo,
vel actio quod metus causa, vel alia actio pec-
nalis pro ipsa re, vel pro interesse, vel damno
non competit contra heredes delinquentis, nisi
post litem contestatam, vel nisi aliquid ad hære-
des perveniat, vel saltem sunt ex eo facti locu-
pletiores, textus est in l. quod diximus, §. final. ff. de acquir.
hered. textus in l. heredem, ff. de calum. text.
in l. heredem, ff. de dolo text. in l. fin. Cod.
verum annotatum: text. in l. si cui poena, ff. de reg.
jur. text. in l. unica, in fine, Cod. ex delict.
defunct. text. in l. 1. §. fin. ff. de vi & vi armat.
textus in l. 1. §. fin. ff. ne vis fiat ei, textus in l.
inde Neratus, §. si infans, ff. ad l. Aquil. textus in
l. 2. §. fin. ff. de eo per quem fac. est, textus in
l. 3. §. final. ff. si mensor. fals. mod. dixer. textus
in l. 3. titul. 13. 7. part. & in tit. 3. l. 16. 7. part.
Quod limia, & intellige, praterquam in furto
propter ejus frequentiam, quia conditio furiva
transit contra heredes pro estimatione rei, licet
nihil ad eos perveniat, text. est in l. si pro fure,
§. fin. ff. de condit. fur. & ibi communiter Doctor.
Advertendum tamen, quod prædicta debent
intelligi de jure Civili, & ejus rigore, secus
tamen est de jure Canonico, & ejus aequitate,
quia tenentur heredes quatenus patiuntur vires
hereditariæ, & possunt compelli per judicem
Ecclesiasticum solvere: etiam sint laici, & in
terris imperii, pro exoneranda conscientia defun-
cti, ita probat textus in c. fin. de sepulturis, & ibi
Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus
in cap. in literis, de raptor. text. in cap. tua nos, de
ruris, & utrobique Doctor. tenet etiam Bartol.
in l. ff. de privator. delict. Bald. in l. unica C. ex
delict. defunct. fin. col. & ibi alii Doct. & istam
dicunt communem opinionem Abb. in d. cap. fin. de
sepulturis.

Mortuo
accusatore
poterit
quilibet a-
lius repe-
tere accu-
sationem.

Item adde, quod defuncto accusatore, pote-
rit quilibet alius accusare, & repetere accusatio-
nem & eam assumere in eodem statu infra tri-
ginta dies, postea vero non poterit repetere, sed
accusare de novo, text. est notabilis in l. libellorum

§. fin. ff. de accusat. & ibi articulat. & communi-
ter Doctor. quod intellige tam in delicto publi-
co, quam privato, & deficiente accusatore pote-
rit iudex ex officio repetere vel accusare de novo,
ita tenet Bart. & communiter Doctores, Salycetus
in l. qui de crimine, C. de accusat. Imol. in l. penult.
ff. de publ. jud. & sic remanet resolutus prædictus
articulus, tamen ex parte accusatoris qui passus
est delictum.

Item quero an, & quando in delictis habeat
locum remissio: In quo breviter dico, quod in
contractibus, & causis civilibus sortitur quis
forum ratione originis propriæ, vel paternæ, text.
in l. assumptis, §. filius, ff. ad municip. & ibi
Gloss. ordinaria, text. in l. 3. & per totum, Cod.
de municip. & orig. Item etiam ratione domi-
cili, & longæ habitacionis, textus in l. incolæ,
ff. ad munic. Item ratione contractus celebrati,
si ibi inveniatur, textus in l. heres, §. ff. de jud.
text. in cap. Romana, §. contrabentes, & de foro
compet. libro 6. quos modos ponit Gloss. ordina-
ria in dict. l. heres, §. proinde, & ponit l. 32.
titul. 2. 3. part. in delictis vero licet quis sortitur
forum in loco originis, & domicilii, tamen præ-
cipue sortitur in loco commissi delicti, textus in
leg. si civi, §. penult. & fin. ff. de accusat. text. in
l. 3. ff. de est. presid. text. in cap. 1. de raptor. &
in cap. 2. de confis. lib. 6. Quo præsupposito, du-
bium nostrum est, si reus delinquens reperitur
in loco originis vel domicilii, & ibi capiatur,
an teneatur iudex illius loci remittere ipsum de-
linquentem & causam, & processum ad judicem
loci commissi delicti per literas requisitorias.
Gloss. ordinaria in l. si cui, §. final. ff. de accusat.
tenet, quod iudex potest remittere ex urbanitate,
non tamen tenetur de necessitate remittere: Cu-
jus ratio potest esse, licet Gloss. ut in leg. nam
magistratus, ff. de arbit. Secunda principalis opi-
nio est, quod si iudex domicilii, vel originis
cepit jam cognoscere de delicto, & preoccupa-
vit causam non tenetur remittere, aliis sic, ita
tenet Anchar. in repet. text. in cap. postulari, de
foro, compet. supra col. 2. opposit. 4. Quod dictum
reputat singulariter Alexand. in leg. divo Pio, §. sen-
tentiam, cap. Roma, 1. col. §. ff. de re judic. Sed
breviter in hoc articulo resolutivè dico, quod
indistinctè iudex requisitus teneatur remittere,
ita probat textus in aulien. ut nulli iudicium, §. si
vero quis comprehensorum, colat. 9. text. in leg. si
cui, §. fin. de accusat. & ibi Rayn. Bart. Alber.
& Doctores dicentes, quod ex urbanitate potest
remittere, si vult, antequam ab eo petatur, sed
postquam ab eo petatur, tenetur remittere ex
necessitate, & tenet Gloss. ordinaria in Clem.
pastoralis, de re jud. & illam Gloss. reputat singu-
larem Imol. in l. penult. ff. de public. jud. 2. col. §.
probat etiam Gloss. in cap. fin. de for. compet. &
ita tenet Abb. 5. col. num. 15. Bald. in d. penult.
Cod. de execor. rei judic. col. 9. num. 29. Hippo. in
sua pratic. §. oportuit, num. 32. & probat aperte
l. 2. & 3. tit. 17. lib. 7. ordin. & istam conclusio-
nem extendit, ut iudex teneatur remittere ad
iudicem loci delicti, sine eo, quod constet deli-
ctum esse commissum in jurisdictione perentis
remissionem, & etiam nullā præcedente causæ
cognitione, & in terminis ita tenet Bart. in
dict. §. si quis comprehensorum, 2. col. §. 2. col. §.
quæst. Alber. & Angel. in de l. si cui, §. 5.
fin. ff. de accusat. Salyc. in d. aulien. si vero
crimine, Cod. de adul. 2. col. num. 5. pen.
col. num.

Item principaliter quero, in eo casu quo
plures

89
De remis-
sione.

Amplia

88
Questio
principa-
lis.
Conclusio
1.

plures committunt delictum, omnes teneantur. &
an sententia absolutoria, vel condemnatoria lata
in persona unius prosit, vel noceat aliis? in quo
articulo facio sequentes notabiles conclusiones.
Prima conclusio quod in delictis non connexis
& pluribus commissis unumquique principaliter,
& de se tenetur, & tali casu sententia abso-
lutoria, vel condemnatoria lata in persona
unius, nec prodest, nec nocet aliis, nec poena ab
uno soluta corporalis, vel pecuniaria liberat alios,
textus in leg. si quis ad quod, §. final. cum l. §. 9.
ff. de fur. omni. jud. textus in l. fin. eod. tit. textus
in l. idem Mela, §. 1. ff. ad l. Aquil. textus in l. 2.
in princ. C. de con. fur. Cujus ratio est, quia in
qualibet persona censetur proprium delictum
principaliter & de se, nec obstat si dicas,
quod quando plures tenentur in solidum ex uno
eodemque facto, vel obligatione, solutio unius
liberat alios, ut l. 2. ff. de ad. reis & in l. 1. Cod.
eod. tit. & tradit plenè Bar. & Doct. in arch. hoc
iura, eod. tit. quia respondeo quod illud procedit
in contractibus, in quibus omnes tenentur res-
pectu unius interesse rei, vel summæ deductæ
in obligatione, undè solutio facta ab uno,
merito liberatur alii; secus tamen est quando
tenentur ex delicto principaliter ad poenam, quia
tunc solutio facta ab uno non liberat alios, quia
videtur solvere pro suo proprio, & distincto de-
licto, & iste est sensus prædictorum jurium. Ex
quo inferitur, quod si plures teneantur etiam ex
delicto, vel dolo ad rem vel interesse, & non ad
poenam, solutio unius bene liberat alios, text.
in l. 1. in 2. part. C. de confis. text. in l. 1. §. ff. plures,
ff. de eo per quem factum erit. Unum tamen est,
quod omnes prædicti delinquentes, possunt accu-
sari simul in uno eodemque libello, textus in
l. 1. C. si reus vel accusator fuer. textus in l. qui
populum, §. fin. ff. de adul. text. in l. viro passum,
in fin. eod. tit. quo casu bene poterit iudex ferre
sententiam contra unum, si liquet de casu, &
contra eum exequi sententiam, licet processus
ferre, licet instanti adhuc duret contra alios: ita probat
textus notabilis in l. de unoquoque, ff. de re jud.
Item etiam si contra plures feratur sententia, &
unus appellaverit, alter non, potest iudex statim sen-
tentiam mandare executioni contra non appel-
lantem, contra alium vero non, sed durabit instan-
tia appellationis, text. in minoribus, Cod. de his
quos in indi.

Iudex po-
test contra
unam sen-
tentiam
contra fo-
cios duret
processus.

89
Conclusio
2.
In delictis
connexis
sententia
unius pro-
dest alteri.

Amplia

Secunda conclusio quod in delictis connexis
sententia absolutoria lata in favorem unius pro-
dest alteri; text. in l. denunciasse, §. fin. ff. de adul.
sed adde quod ille textus debet specialiter intel-
ligi in adulterio propter favorem, & decus matri-
monij, unde secus est in aliis delictis etiam con-
nexis, ut in crimine incestus, stupri, sodomitæ,
& similibus, ita tenet Bart. in d. de unicus, §. fin. &
idem disponit hodie l. 19. tit. 17. 7. part. quæ lic
debet intelligi.

Item adde, quod forte ex ista ratione in delicto
adulterii non poterat quis accusare simul adul-
terum & adulteram, sed successive, & de per se, ut
in l. error, C. de adul. & in l. si maritus, la 1. §. fin.
ff. de ea, sed hodie attenda l. ordin. 2. tit. 15. lib. 8.
bene potest eos simul accusare, non tamen credo,
quod necessitate eos simul accusare, licet quan-
do reperit in crimine flagranti, non possit unum
occidere sine alio, unde etiam stante d. l. ord. po-
test prædicari, & habere locum ista conclusio in
adulterio, quod sententia absolutoria lata in favo-
rem adulteri prodest mulieri, de quo articulo la-
tius dicam infra ita repetitione in crimine adul-
teri.

Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. III.

Terria conclusio notabilis est, quod quando
delictum est commissum ab uno principaliter, &
poenam bonorū pervenit ad alium, in consequen-
tiam sententiæ, & condemnatio principalis nocet
alteri, qui tenetur in consequentia, ita probat
text. in l. 1. Cod. ubi causa fiscalis text. in l. 9. §.
quis, filii vero, Cod. ad l. Jul. marit. per quæ
iura istam theoreticam, & doctrinam ponit Bart. in
l. cum filius, ff. de verb. obligat. 2. col. §. & ibi
Angel. de Perus. Imol. Alexan. Socin. Jal. & com-
muniter Doctores.

Ex qua conclusione & doctrina Primò inferitur,
quod sententia lata contra occisores alicujus de-
functi nocet, & præjudicat heredibus, qui mortè
non vindicaverunt, ita Bart. in d. l. C. ubi causa fi-
scalis, per textum ibi. Idem Bartolus in l. 1. de his,
qui, ut indig. sed contrarium tenet Paul. in d. l. C.
ubi causa fiscalis, quoniam imò processus debet de no-
vo agitari cum heredibus, quia forte ignorave-
runt, quod defunctus fuit interfectus, vel aliam
justam causam defensionis habuerunt. Sed Cor-
neus notabiliter concordat in d. l. C. de hi quibus
ut ind. 2. c. dicendo, quod sententia contra occiso-
res lata nocet heredibus quantum ad hoc, ut con-
stet defuncti esse occisum, & amplius non requi-
ratur probare, non tamen præjudicat quoad hoc,
ut statim bona auferantur ab heredibus sed tunc
requiritur processus, citatio, & sententia cum eis.

Secundò inferitur, quod si delictum est tale, ex
quo prohibetur alienatio bonorum in d. l. C. de
commissi criminis, sententia lata contra principalem
delinquentem præjudicat possessionibus, in quibus
bona reperiuntur alienata, ita probat textus in l.
quisquis, §. filius, & in d. l. Jul. marit. textus
in cap. cum secundum leg. 3. de hered. l. 6. & in
terminis ita tenet Bartol. in d. l. cum filius, ff.
de verb. obligat. 2. col. & ibi communiter
Doctores, quod est notabile pro extensione & de-
claratione textus cum materia in leg. post contra-
ctum, ff. de donat.

Tertiò inferitur, quod sententia lata contra ser-
vum, qui commisit aliquod delictum capitale,
nocet & præjudicat domino non citato, nec vo-
cato, & potest mandari executioni contra servum,
ut dixi suo loco.

Quartò inferitur, quod si ex forma legis vel sta-
tuti, pater tenetur solvere poenam pecuniariam
filii, quatenus tangit legitimam suam; sententia
lata contra filium nocet & præjudicat patri non
vocato, nec citato, ita Bart. in d. l. cum filius, ff. de
verb. obligat. 2. col. & communiter Doctores, idem
Bartol. in questionibus suis, quæst. 31. secus tamen
est, si processus principaliter ordinetur contra jus
tertiū, & in ejus præjudicium, ut quando fit dis-
cussio in bonis debitoris ad effectum, ut perve-
niatur in tertium possessorem pignorum vel fide-
jussorem, quia tunc requiritur eorum citatio, ita
notat Angel. in d. l. cum filius, ff. de verb. oblig.
in fin. & ibi Moderni.

Quarta conclusio quæ à fortiori ex superiori-
bus inferitur, quod si innocens, qui non commisit
delictum ex ignorantia, vel malitia iudicis, vel
testium, condemnatus, & occisus est, & postea
reperiatur, & verè constet de illo qui maleficium
commisit, poena innocentis non liberat eum; sed
tenetur poenâ delicti, & ei debet imponi poena
mortis.

In delictis
connexis
sententia
unius non
præjudicat
alteri.
90
Concl. 3.

Concl. 4.

ANNOTATIONES.

a Publica sunt illa.] Hæc definitio seu descriptio asseritur ex notiti Gomezii auctoritate in presentia communis à Julio Claro in præf. crimin. §. 1. in prin. Sed certè, & nolter Gomezius falsus est, & Jul. Clarus vitæ alioquin doctissimus ac diligentissimus facillè in foream ductus videtur: siquidem si propriè, verè, ac expressè publicum delictum capiatur, illud erit, quod publicorum iudiciorum legibus comprehensum ab unoquoque ex populo defertur, accusarique potest, nec satis est, ut unicuique populari integrum liberumque sit de delicto obnoxium accedere, ut id inter publica delicta referri, recentiorque debeat, nisi etiam expressim lege aliqua publicorum iudiciorum contineretur, ut luculentè probat l. 1. ff. de publ. iud. luculentius notabilis text. in l. 3. fin. de præcat. docet Bart. in d. l. 1. n. 7. Bald. in rubr. n. 1. ad quod non poss. & est praxi receptum teste aucto Matth. de Afflic. in consil. Neapol. lib. 1. rubr. 6. n. 23.

b Poterit regulariter quilibet de populo.] Intellige tamen dummodo sit habilis atque ad id idoneus, argumento l. in gradatim, ff. de muner. ac si plures concurrerent, digniorum esse preferendum, l. 2. ff. de popul. actio. l. si plures, ff. de accusat. l. 3. §. si tamen plures, ff. de l. hom. ex lib. docent. Accur. ac Bar. in rubr. ff. de p. publ. actio. Angel. in rubr. n. 4. ff. de pub. iud. quod si plures ejusdem qualitatè & conditionis sint, gratificationi iudicis locus dabitur juxta Bart. doctrinam in l. in provincialibus §. si publicum, n. 4. ff. de noc. ap. rum. qua etiam de re agit inferius nolter Gomezius in n. 35.

c Textus est singularis in jure.] Et si hæc si duntaxat, fide pen. valgo ad id commendatur, ac reputetur singularis, tamen procedubio longè aliud dicit statuit, ac sancit; nec enim vult, ut aliquis, qui ob delictum longo ante tempore perpetratum, & accusatus, & punitur, minores ordinariis poenas luat, sed ut is, qui per longum tempus in reatu fuit, hoc est, reus in iudicis actus periculose est, elementis puniatur, habitus enim ille demillus, pannosus, squalidus, ac fordibus plenus, & gratiam merito accipatur, & per longum tempus perlarus poenas ordinarias summo jure imminuere debebat, cum & ipse loco poenæ non de nihilo haberi posset, qui verus illius textus est intellectus, ut ex ipsius verbis aperte constat, & elegantè explicat Gulielmus Bud. ad Pandect. & Joannes Coraf. lib. 2. miscellan. cap. 10.

d Item quare, an in causis criminalibus.] Hac de questione, & materia videto Marian. Socin. in c. veniens, de accus. Hippol. in præf. §. sequitur, & qui latissimè, & diligentissimè hanc rem agit Jul. Clar. in præf. §. ult. q. 32. per totam.

e Et resistenti dico, quid non?] Intellige tamen eum qui à iudice Ecclesiastico ob mixtum delictum damnatus est, à iudice populari damnari postea iterum eodem delicto posse, ut resolvit And. Alciat. in c. perniciosam, n. 128. de off. ord. qua de re videto infra n. 40.

f Item etiam juxta prædicta quare.] Quamvis hæc in questione noltri Gomezii distinctio, & juri, & rationi consentanea videatur, ut qui in utilitatem publicam absque ullo privato odio officium accusatoris obit, nulla culpa animi conscientiamque obstrinxisse iudicetur, qui verò inimicitias antea susceptas ad id ducitur, non omnino culpæ habeatur immunis, & verum illud quoque sit, quod Cato & alii Philoſophi gravissimè non semel affirmaverunt, ex delictorum impunitate amplissima, atque adeo vastam delictis fenestram pateſci; tamen, & quoad questionis decisionem observandam est, inter pares olim oratores, qui accusationem ambirent, non levan rationem haberi solitam esse illius, qui ad publicæ accusationis munus privatis inimicitias, se etiam impulsim ostenderet, quippe quia longè diligentius, longè accrius, & incorruptius quod Reipublice intereret perſecutus videretur, & denique quoad totam questionem memoria recolendam est, meritò semper habitos vocatosque esse delatores, publicæ quietis turbatores, publica sollicitudinis picacula, & inprimis, laudi honorique accepiſſe fuisse nonnullis imperatoribus, illos vel ex vita ipsa vel saltem ex suæ ditionis commerciis exegisse, ac penitus deturbasse: non tamen idcirco generaliter accusatores omnes damnandi erunt: qui enim alioquin urbes scelerosis hominibus expurgabuntur, quod Deus Optimus Maximus, sæpe sæpius in sua sacrosancta Legè à Mose promulgata inculcat, multum

id profectò reipublice interest, multum ad hominum virtutis studiosiorum quietem conferre, quod ego non solum ex variis antiquorum monumentis & multorum aliorum enunciationibus, sed ex re presentè affirmare aſum, adeſt enim hoc loci, ubi ipse nunc dego, nequam quidam, nebulo omni scelerum genere confuscatus, impius, imo prius alex A. A. nomine, qui odio variatione virtutum, ac virtutis studiosos persequitur, & variis contumeliarum, modis intermibat, in quem & si Democriti iudicium quadret, nihili referent utum iste per os inferius, an per superius loquatur & ingens laus reputanda ad hujusmodi impio neterioque nebuloſe vituperari, tamen deus Optimus Maximus male disperdat, volque omnes quicumque hæc legitis, maximo pete obſeruo illum, quem ego intelligo, diris furilique omnibus devoveatis.

Qui dicantur prosequi suorum injuriam.] Videto hæc de re Felin. in c. cum dilectus, num. 9. de accusat. & omnino Jul. Clar. in præf. §. ult. quæſt. 4. vers. solo etiam: ex cujus diligentissimè fabricatis commentariis omnis hæc delictorum materia illustrabitur, locupletabitur atque exornabitur, nec enim mihi animus est alienas in duere plumas.

Item quare si delictum.] Consulto quæ hæc de questione jam dudum observati in recep. sentent. thesaur. in vers. pena varia, n. 148. cum seq.

Et ipsam sententiam & conclusionem.] Aſſerunt eandem opinionem communiter receptam Menoc. & Jul. Clarus, quos refero in recep. sentent. thesaur. in vers. ebrietas, num. 1. quamvis non de nihilo nullam excusationem ab ebrietate prætexti posse verius crediderim, quod etiam praxi alicubi recepti, ut intelligis ex Jul. Claro, quem semper hæc de criminum materia consulto.

ADDITIONES

SUMMARIUM.

1. Materiam explicantes referuntur.
2. Delictum publicum dicitur, quod principaliter respicit offensam Dei, inter alia.
3. De blasphemia, & ejus poena.
4. Poena carceris pro uno mense imposita blasphemis, & an hic mensis debeat esse continuus?
5. Publica delicta qua alia dicantur.
6. Accusatio quanto tempore duret in quolibet delicto, & de ejus prescriptione?
7. Quid in officio Judicis?
8. Resistenti non conceditur minor adversus lapsum temporis ad accusandum.
9. Diverſitas temporis post delictum commissum an sit causa inveniendi poenam?
10. Que delicta dicantur privata?
11. An Judex ex officio possit procedere in privatis delictis, & an sit puniendâ qua proponitur via exceptionis?
12. Quare in delictis privatis alio civilis præjudicet criminali?
13. Procurator an admittatur in causis criminalibus? An admittatur defensor, seu excusator pro absente?
14. Procurator an admittatur in causis digni relegationis, vel poenæ pecuniariæ?
15. An procurator pro reo incarcerato admitti debeat?
16. An ad appellandum, vel pro persona illius. Dominus pro servo, pater pro filio, maritus pro uxore, possunt comparere ad eorum defensionem pro suo interesse?
17. An processus sit nullus quando intervenit procurator in causis criminalibus?
18. Semper pars offensa debet requiri per Judicem an velit accusare.
19. De remedio l. Diffamari, an sit generale in quo

- quolibet casu, vel delicto.
20. Reus cui competit aliqua exceptio, an possit petere, ut testes examinentur ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam in civilibus?
 21. An reus possit provocare adversarium ad iudicium, si sibi competat aliqua exceptio?
 22. Reus in criminalibus potest petere testes examinari ad perpetuam rei memoriam.
 23. An & quando possit Judex proficere terminum ad accusandum.
 24. An in omni causa possit assignari terminus ad petendum sui quod alicui competat?
 25. Unicuique monitionem sufficere, ut excludatur accusator, & quando hoc contingat?
 26. Reus absolutus an possit iterum accusari?
 27. Reus condemnatus de aliquo delicto, an possit iterum accusari?
 28. An forensis, vel advena admittatur ad accusationem delicti publici? Alia de forensibus, & advenis, & an ligentur flautus locorum?
 29. An peccet, qui accusat in crimine publico, vel privato?
 30. Accusatio de delicto publico, an sit actio, vel officium Judicis?
 31. Qui possunt accusare? Quid si pars non opponat, an Judex possit repellere accusatorem inadabilem?
 32. An inhabilis admittatur prosequendo suam, vel suorum injuriam? De excommunicato.
 33. Clericus an possit accusare laicum coram Judice seculari? Quid de Monacho accusatore, vel accusato?
 34. Qui dicantur prosequi suam injuriam? Qui preferatur in accusatione, & pace faciendâ?
 35. Si plures accusent quis preferatur.
 36. De accusatore mortuo, vel impedito pendente accusatione. Quid in accusante ob propriam injuriam?
 37. Testes recepti in prima instantia precepta, an fidem faciant in alia?
 38. Si delictum habet diversas poenas, qua sit imponenda?
 39. Si delictum diversis poenis puniatur, an sufficiat unam imponere? An possit tunc Judex variare?
 40. In crimine mixti fori, si reus est punitus per unum Judicem, an possit etiam puniri per alium, & quid de poenitentia imposita in foro conscientie, & de captura in hoc casu, & præventione? Opinio Mexia improbat.
 41. & 42. In notoriis an sit necessaria accusatio, vel forma judicialis, & quando dicatur notorium? In notoriis non requiritur accusatio, nec probatio?
 43. An citatio requiratur in delicto notorio?
 44. An aliqua probatio requiratur in delicto notorio?
 45. Sententia an requiratur in notoriis?
 46. Judex an possit recusari in crimine notorio?
 47. Appellatio an habeat locum in delicto notorio? Post inhibitionem Judex à quo non potest exequi sententiam?
 48. De delicto commissio in presentia Judicis.
 49. Judex an possit procedere in delictis ex officio? Requisitum præcipuum est ad inquisitionem, Ant. Gomez Variarum Resol. Tom. III.

- quod ante omnia constat de corpore delicti, Generatis Inquisitio quando fieri possit?
50. De modo procedendi per Inquisitionem.
 51. Judex procedens ex officio, an debeat imponere poenam ordinariam delictis? An possit eam moderari ex causis, vel minuire, seu augete?
 52. An Universitas seu Civitas possit delinquere, & puniri?
 53. Qualiter Civitas, vel Universitas puniatur. Universitas an possit excommunicari?
 54. An etiam civis puniatur, quando civitas delinquit?
 55. De minore delinquente, & ejus poena.
 56. De etate requisita ad quolibet officium jurisdictionis, vel non, & de Rege minore.
 57. Minor an possit existere in iudicio?
 58. Puber, vel proximus pubertati, an teneatur ex delictis?
 59. Quid si delictum consistit in omittendo?
 60. An impubes teneatur ex delicto carnis?
 61. Quid si delictum est punibile statim, seu consuetudine, & non jure communi? De minore extrahente res vestitas.
 62. Minor viginti quinque annorum an sit puniendus poenâ ordinariâ in casibus quibus puniri debet?
 63. An Judex præcise teneatur minorare poenam minori, vel hoc sit in ejus potestate?
 64. Minori dandus est curator in causa criminali.
 65. Minor reus an teneatur jurare de veritate? Conſiteri veritatem quando reus debeat?
 66. An minor restituitur adversus confessionem?
 67. Minor quando possit torqueri?
 68. Senex quomodo teneatur ex delicto? De senectute plura.
 69. De mutis, & surdis delinquente.
 70. Furiosus an teneatur ex delictis?
 71. An delictum presumatur commissum tempore furoris.
 72. An furiosus puniri possit durante furore ob delictum ante commissum?
 73. Ebrius qui in ebrietate delinquit, an possit puniri?
 74. Dormiens qui delinquit an puniatur? An irregularitatem incurrit?
 75. An prodigus possit delinquere, & puniri?
 76. De servo delinquente.
 77. An absens possit accusari, & condemnari?
 78. An delinquens post mortem possit accusari, & puniri, & cadaver suspendi, & an & quando hæres teneatur ex delicto defuncti?
 79. In atrocissimis sententia exequitur in cada vere.
 80. Casus in quibus morte delinquentis delictum non extinguitur.
 81. Reus quando potest accusari post mortem intelligitur infra quinquennium.
 82. Poena confiscationis bonorum an transeat ad hæredes mortui reo post sententiam intra tempus ad appellandum?
 83. Hæres delinquentis an possit petere, ut declarretur, defunctum non deliquisse?
 84. In delictis privatis an poena, & accusatio extingatur per mortem rei. Quid de jure Canonico?
 85. An morte accusatoris extingatur delictum vel transeat ad hæredes?
 86. An accusatore defuncto possit alius prosequi accusationem in publicis delictis?
 87. De remissione delinquentis ad locum delicti.

- 88 Si plures deliquerint, an sententia unius proffit, vel noceat alteri?
- 89. An adulteri simul sint accusandi, & non unus sine alio.
- 90. Sententia lata contra principalem an noceat ei ad quem poena pertinet solutio in consequentem?
- 91. Quid faciendum si post condemnationem appareat de innocentia rei, remissio?
- 92. De sciente delictum esse committendum, & non revelante, vel impediens.
- 93. Delinquent an possit post sententiam innocentiam suam probare.
- 94. An Judex possit agere, tollere, vel minuire poenam a lege impostam?
- 95. Plures delinquentes an in solidum teneantur? Et quidam salaris debitoris ab ipsis delinquentibus?

DOCTORES materiam delictorum prosequentes ferè infiniti sunt, & eam maximè tractant in sua generalitate Bossius in *practica crimin.* titulo primo & secundo, ubi de delicto, & delinquente, Tiberius Decianus in *suis tract. criminalibus*, parte prima libro 1. cap. 1. & sequentibus, Julius Clarus lib. 5. *receptorum*, §. 1. Cardinalis Tuschus *littera D. Conclus. 157.* & sequentibus, usque ad 190. Vela in *suo tractatu de delictis*, ex cap. 1. Molina de *justitia*, tom. 4. Pichardus in *rubric. Instit. de obligationibus*, qua ex delictis nascuntur, Petrus Gregorius in *Synagoga*, lib. 30. cap. 1. & sequentibus, Azevedus in lib. 8. *Recopilationis*, per totum, Farinacius in *praxi*, *quæst. 18. per totam*, ubi agit quid & quotuplex sit delictum, & in quo differat à crimine, & maleficio, & alia generalia de delictis, Carleval. de *judiciis*, tom. 2. *dispus. 1. numero 20.* ubi declarat quomodo contrahatur obligatio ex delicto, & alia per totam *disputationem*.

Ad num. 1. ibi: Prima regula sit quod omne delictum, &c.

Publicum esse omne delictum quod principaliter respicit offensam Dei, resolvit hoc num. 1. noster Gomezius, & comprobant latè Clarus, lib. 5. *receptorum*, §. 1. *vers. Item omne delictum*, ubi ponit exemplum in blasphemia deturbatione Ecclesiarum, vel imaginum, & aliis similibus, Paz in *praxi*, tom. 1. *part. 5. cap. 3. numer. 33.* & latè Farinacius in *praxi*, *quæst. 18. num. 10.* & *quæst. 18. §. 3.* ubi de hæreticis num. 24. Azevedus in l. 1. *titul. 1. lib. 8. Recopilationis*, numer. 27. Pichardus in §. *publica authent. Instit. de public. judic.* ubi de crimine læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ. An autem apostasia sit publicum delictum agit ipse Farinacius *quæstion. 283. num. 6.* ubi publicum esse docet, & latè materiam explicat.

Item an inimicus admittatur ad accusandum in crimine heresis? diverse sunt opiniones, ut videri potest per Farinac. *d. qu. 185. ex num. 23.* ubi n. 9. affirmativam tenet.

Ad num. 2. ibi: Ex quo infro, &c.

Blasphemiam, publicum delictum esse, & ejus accusationem cuilibet de populo competere, & blasphemum puniendum esse juxta dispositione text. in l. 5. *titul. 4. lib. 8. Recop.* & de gravitate hujus criminis agit in *presenti* Gomezius, & docent latè ferè omnes citati numero precedenti & Clarus in §. *blasphemia*, Covarruv. in *cap. quamvis part. 1. part. 5. 7. num. 8.* Bernardus Diaz in *pract. c. 110. per totum*. Avila in *cap. 23. Prætor. num. 2.* Avendanus de *execuor. mand. 1. parte*

5. 20. num. 8. & 2. *parte*, cap. 5. Salaz. de *usu & consuetud. cap. 5. num. 3. & cap. 6. num. 13.* Azevedus in l. 5. & 6. *tit. 4. lib. 8. Recopilationis*, & per totum *tit.* & latissimè Farinacius in *praxi*, *quæst. 20. ex n. 2.* ubi de gravitate hujus delicti, & ejus poenis, Bobad. in *Politica*, l. 2. *cap. 17. n. 77.* Villad. etiam in *Politica* cap. 5. §. 47. Gutierrez lib. 4. *quæst. 22. Azor. instit. Moral. tom. 1. l. 9. cap. 28. quæst. 3. & lib. 11. cap. 3. quæst. 2.* Caltr. de *justitia hæretic. puni. lib. 1. cap. 12.* Zerol. in *praxi Episc. verb. Blasphemia*, & ibi Silvester, & omnes Summistæ, & doctissimi Pater Thomas Sanchez in *Summa*, lib. 2. *cap. 32. per totum*, ubi declarat omnes modos blasphemie & num. 36. explicat, quæ sunt hæreticales, & quæ non, & num. 37. addit adversus Caltr. & Cordubam quòd de hæreticibus cognoscunt Inquisitores privativè, alia verò non hæreticales sunt mixti fori, & datur locus preventioni inter Judicem Ecclesiasticum & sæcularem, Pradil. de l. *penali*, c. 2. ubi refert poenas adversus blasphemos de jure divino, Canonico, Civili, nec non de jure Regio, & Pichardus ferè infinitos referens in *manduct. 3. part. §. 4. num. 14.* ubi cum aliis ait, quòd etiam in blasphemia hæreticibus potest procedere, & punire Judex Ecclesiasticus, vel sæcularis, id probens ex l. 1. 5. & 6. *tit. 4. l. 8. Recopilationis*, ubi plures blasphemie hæreticales referuntur, & tamen eorum puniitio Judici seculari demandatur, (quod an verum sit alterius judicio remitto), & tandem assertit arbitrio Judicis poenam imponendam in hoc crimine, vide Gratianum *regul. 55. numer. 41.* & latissimè plurimos referentem, & poenas utroque jure impositas commemorantem D. Joseph. Vela de *potestate Episcopi*, ex *numer. 8.* usque ad 88. & Parejam de *editione instrumentorum*, tomo 2. *tit. 6. resolutione 8. num. 37. & 38.* ubi de poena & tortura.

Ad num. 3. ibi: Circa quam se offert notabile dubium, &c.

Et ibi: Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, &c.

Poenam carceris unius mensis impositam blasphemis, de mense continuo, & non interpolato esse intelligendam, ut hic resolvitur, docent plures ex *supra* relatis, & Cancr. in *quæst. crimin. tit. de blasphemis*, col. *penult.* Gutierrez *Canonicar. cap. 22. num. 35.* Avendanus *cap. 5. Prætor. in 2. parte*, n. 21. Pradil. in *cap. 2. num. 6.* & latè Azevedus in l. 5. *tit. 4. lib. 8. Recopilationis*, ex *num. 15.* ubi optimè advertit Avendanus quòd non dicitur stare vinculis per spatium triginta dierum, qui discontinuè fiat & quòd ista carceratio debet esse vera, & non ficta, nec numerantur in triginta diebus illi, quibus blasphemus captus fuit ante condemnationem, nisi per eum ipsum fuerit facta protestatio super hoc, & per Judicem ita fuerit iussum, vide eum omnimò.

Ad num. 4. ibi: Secunda regula sit, &c.

Omne delictum in offensam Principis, publicum esse, & etiam ubi hoc lege caveatur, ut hic resolvitur, docent relati *supra*, in *addit. ad num. 1.* maximè Clarus lib. 5. *receptorum*, §. 1. in *principio*, Farinacius tom. 1. *quæst. 12. ex num. 8.* & *quæst. 18. num. 11. & 12.* & *seq.* ubi enumerat crimen læsæ Majestatis, adulterii, homicidii, patricidii, peculatus, falsi testamenti, vis publicæ, vel privatæ, ambitus, repetundarum, & annonæ; quæ latissimè prosequitur Pichardus in *tit. Instit. de public. judicis*, & in *manductationibus*, 3. *part. §. num. 5.* Carlevalus de

de *judiciis*, tom. 3. *dispus. 2. num. 810.* & Suarez de Paz in *sua practica*, l. 1. *tom. 5. part. cap. 3. ex num. 2.* Advertit tamen Pichardus ipse dicto titulo de publico judicio, num. 8. & sequentibus in *principio tituli*, quod tribus modis crimina dici possunt publica, & quod aliquando licet crimen sit publicum, non tamen omnibus permittitur accusatio, ut contingit in adulterio, & partu supposito; Azevedus in l. 1. *titul. 1. lib. 8. Recopilationis*, ex *num. 26.* ubi *numer. 36.* addit quod hodie ex usu & practica communi, & ex eo quòd expedit Reipublicæ ne delicta remaneant impunita, in omnibus delictis admittitur accusatio per quemlibet de populo proposita, vel proceditur ex officio Judicis per inquisitionem, præterquam in verbis injuriosis alicui privato homini dictis; quod etiam sequitur Paz ubi *supra*, n. 51. vide etiam Thomam Sanchez in *consiliis Moralibus*, tom. 2. lib. 6. *cap. 3. dubio 2.*

An autem delictum quodlibet, in quo venit poena applicanda sicut, dicitur publicum etiam si in se sit privatum? duas communes contrarias sententias adducit Cevallos *quæstione 216.* & vide omnimò Farinacium in *praxi*, *quæstione 12. num. 9.*

Ad numerum 5. ibi: Et resolvitè dico quòd dicitur, &c.

Accusatio cujuslibet delicti quòd dicitur per viginti annos five sit publicum, five privatum, nisi lege contrarium sit stabilitum, docet Gomezius in *presenti*, & comprobant Bernardus Diaz in *regul. 19.* Carreterius in *pract. crimin. in tractat. de homicid. §. 28. numer. 1.* Baldus de *prescriptionibus*, 4. *part. 4. partis principales*, *quæst. 1. in principio*, Bossius in *practica criminali*, in *titul. quomodo procedatur per actionem in delictis*, numer. 17. Bobadilla lib. 5. *cap. 3. numer. 136.* & cum aliis Barbosa in *collect. cap. Licet causam de probationibus*, num. 22. vide *conclus. 110.* post opera Suarez, Gratianus *regul. 364. & 450. num. 10.* Gomez Bayo in *praxi*, lib. 1. *cap. 24. num. 193.* Cevallos *quæst. 679. num. 7.* ubi num. 8. cum Gregorio Lopez advertit, quòd in crimine adulterii transacto quinquennio actio præscribitur, quod ait currere à die scientie, ut tradit Quesada in *quæstionibus*, cap. 18. *vers. Secundus, quando maritus, &c.* etiam probat cum aliis ipse Cevallos, quòd actio injuriarum, & ejus præscriptio annalis (de qua latè Farinacius *infra*, ex n. 21.) non currit contra ignorantem, latissimè Farinacius in *praxi*, *quæstione 10. ex num. 2.* ubi ponit pro regula resolutionem nostri Gomezii, & eam ampliat, ut etiam procedat in inquisitione, quando Judex procedit ex officio: & numeris sequentibus, alias sex ampliationes adducit, & totidem limitationes, & *conf. 80. n. 18.* Noguero. *allegat. 12. ex n. 265.* Paz in *praxi*, 5. *part. tom. 1. cap. 3. num. 83.* Villadiego in *Politica*, *cap. 3. ex n. 172.* & an actio tollatur ipso jure? Gratianus *supra*.

Ad numerum 6. ibi: Quod extendit ut procedat, &c.

Etiam officium Judicis præscribi eodem temporis spatio quo accusatio in quolibet delicto docet cum multis (ut jam diximus) Farinacius cum aliis per indirectum videretur concedi directo prohibito, ut per eum videri potest n. 3. *dict. quæstione 10.* imò & si præscriptio non opponatur, reus debet absolvi, Noguero. *allegat. 12. num. 145.*

Ad numerum 7. ibi: Rursus etiam extendit, &c.

Restitutionem non concedi adversus lapsum

temporis ad accusandum, ut hic resolvitur, docent Afflicti *decis. 390. n. 3.* & 6. Gregorius in l. 4. *tit. 19. part. 6. gloss. 2.* Covarruvias in *pract. cap. 26. num. 4.* & Morla in *emporio*, *titul. 5. quæstione 7.* Fachinæus lib. 9. *controvers. cap. 38.* Farinacius *consil. 40. ex n. 59.* Caldas in §. *lasis*, ex n. 17. usque ad 27. ubi an concedatur restitutio ad accusationem furti, injuriarum, &c. & in §. *vel adversari dolo*, ex *num. 37.* & alii relati *supra* in *cap. 14. om. 2. num. 6.* & quod refert Gutierrez in *Aubens. Sacramenta puerum*, n. 138. iterum Farinacius *quæst. 10. n. 84.* de quo etiam vide Parladorium lib. 1. *quæstionum*, *cap. 11. ex n. 5.* ubi improbat opinionem nostri Gomezii in *presenti*, in *vers. Et idem est in lapsu termini*, & c. allerens restitutionem in integrum concedendam minori adversus omissionem probationem, etiam in criminalibus; quamvis aliud dicendum sit, si restitutio ad accusandum ab eo petatur, vide Gratianum *regul. 111.* & Aviles in *cap. 1. Prætor. verb. Fiel*, n. 34. & vide *conclus. 100.* post opera Suarez.

Ad numer. 8. ibi: Tamen ex diuturnitate temporis, &c.

Temporis diuturnitatem post delictum commissum, esse causam minuendi poenam, præterquam si delictum sit reiterabile, vel si delinquens fuit accusatus post delictum commissum, ut hic resolvitur, docent Covarruv. *variarum resolutionum*, l. 2. *cap. 9. num. 2.* Clarus *receptorum*, §. *final. quæst. 60.* Caldas in *l. si curatorem*, §. *lasis*, num. 27. Afflicti *decis. 287. ex num. 1.* ubi ait, Judicem in hoc casu posse homicidam ad pecuniariam compositionem admittere, Tiraquellus de *poenis tempor. caus. 19.* & eos & alios referens Farinacius in *praxi*, *quæstione 10. num. 84.* & sequentibus, ubi *numer. 85.* cum Claro, Carretero & aliis diuturnitatem temporis appellat decem, vel octo annorum, & num. 86. explicat primam limitationem nostri Gomezii, nempe ut procedat quando reus continuavit delictum in eo perseverans, secus verò si emendatus fuit, ex tunc enim consideratur diuturnitas temporis: & n. 87. contra secundam limitationem tenet, imò quòd si delinquens fuit accusatus, & protestatus, absens, locum debeat habere dictæ resolutioni potiori jure, præterquam si jam fuit condemnatus; & n. 9. limitat in crimine assassinii, vel hæresis, læsæ Majestatis, apostasie, simoniæ, & aliis in quibus diuturnitas præscriptionem non inducit: & tandem advertit dictam conclusionem procedere posse, dummodò delinquens à tempore delicti perpetrati fuerit bonæ & laudatæ vitæ; præter quem, scilicet Farinacium, vide Parladorium *differens. 51. numer. 2.* ubi textum in l. *si diutino*, *Digest. de poenis*, in quo præfens quæstio fundatur, aliter explicat; prout etiam fecit Suarez hic, in *suis annotationibus*, *littera C.* vide etiam Fachinæum *controvers. lib. 9. cap. 38.* ubi elegantè dictam legem, & quæstionem declarat, & Corral, libro 2. *Miscell. cap. 10.* & Eduardum Caldeitam *variar. l. 3. cap. 2. de erroribus*.

Ad numerum 9. ibi: Delicta privata sunt illa, &c.

Delicta privata esse illa, in quibus tantum accusare potest qui injuriam passus est, ut hic resolvitur, docent Clarus *receptorum sententiarum*, lib. 5. §. 2. *vers. Privata autem delicta*, Scaccia de *sentent. & re judicat. gloss. 14. quæst. 19.* ex n. 58. Paz. in *praxi*, tom. 1. *part. 5. cap. 30. num. 38.* & 39. Azevedus in l. 1. *titul. 1. lib. 8.*

Recopilationis, num. 27. Pichardus in principio, Instit. de public. judic. n. 1. Farinacius in p. axi crimin. quest. 18. num. 15. ubi enumerat crimen injuriarum, furti, damni, arborem furtim cesam, bonorum raptorum, & similia; & num. 16. addit quod de jure Canonico omnia crimina sunt publica, de quo etiam agit in quest. 1. ubi n. 10. ait, quod hodie in omnibus delictis requisitio formari potest, & dicitur remedium ordinarium ex generali consuetudine, quod etiam diximus supra, num. 5.

Ad num. 10. ibi: *Adverte tamen, &c.*
Diximus jam numero precedenti, & numer. 5. quod hodie ex generali consuetudine Judex potest procedere ex officio in omnibus delictis, quod etiam optime exornat Matienzo in l. 1. tit. 14. lib. 5. Recopilationis, num. 1. gloss. 9. cum Padilla in l. 1. transgredere, Cod. de transact. num. 50. & aliis pluribus, Farinacius in fragmentis, verb. Judex, num. 972. & consil. 5. num. 57. Barbosa in l. viro aque uxore, Digest. soluto matrimonio, num. 11. & segg. ubi an puniantur delicta oppolita via exceptionis? & vide infra, numer. 49. & Gregorius de Valentia 2. 2. disputacione 5. quest. 11. puncto 3.

Ibi: *Et cogitavi quid ratio potest esse, &c.*
In delictis privatis quod civilis actio criminali præjudicet, cum utraque tendat ad vindictam, docent Cujacius l. 20. obseruat. cap. 23. & 26. Lancel. de attentat. 2. parte, cap. 4. limit. 23. numer. 4. Theaurus decis. Pedemontana 18. Clarus lib. 5. receptarum, §. final. quest. 2. & quest. 9. ubi Baiardus, Gregorius Lopez in l. 12. tit. 9. parte 7. gloss. 7. bene explicans Fachinæus lib. 9. controvertiarum, c. 2. Paz in praxi 1. tom. 5. parte cap. 3. num. 31. & 32. qui late agunt de cumulatione actionis civilis & criminalis, de quo etiam Pichardus in §. in summa, Institut. de injur. n. 13. Caldas in leg. si curatorem, §. lasti, ex num. 23. Barbosa in l. 2. Digest. soluto matrimonio, 1. parte, ex numer. 138. & in leg. si ab hostibus, §. final. num. 47. & segg. Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 10. disp. 8. num. 18. & segg. Escobar de ratiocin. cap. 20. numer. 6. Farinacius in praxi, quest. 4. num. 40. & quest. 100. ex numer. 117. & consil. 21. l. 1. & decis. 201. ex quibus, & maxime ex doctrina Pichardi supra, in §. His autem, Institut. de lege Aquilia: colliges per textum in leg. unica, C. quando civilis actio criminali præjudicet: quod quando civilis actio, & criminalis tendunt ad vindictam, ut actio injuriarum, tunc una alteram tollit, secus quando judicium civile est de re familiari, criminale autem de vindicta, & publica ultione, tunc enim una alteri non præjudicat: & latissime de causa præjudiciali Carlevalius tom. 2. disp. 6. per totam & D. Larrea decis. Granatensis 98. ex numer. 70. omnino videndus, & Scaccia de sententia, & re judicata, glossa 14. quest. 19. ex num. 51.

Ad num. 12. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*
Quod in causis criminalibus non admittitur procurator, ut hic resolvitur, docent Socynus in regul. 322. Clarus §. final. questio. 32. Vivius communium, opinione 645. Menochius de arbitrariis, lib. 1. quest. 80. num. 1. Scaccia de judiciis civil. & criminal. cap. 101. num. 44. vers. Si de accusato, & Challan in consuetudin. Burg. rubr. 4. §. 5. vers. Et ordi. num. 27. Paz in praxi, 1. tom. 5. parte, cap. 3. §. 6. ex num. 8. & plures referens Cevallos quest. 237. ubi etiam duas contrarias communes sententias adducit circa illam questionem, an valeant gesta per procuratorem non

opposita hac exceptione: de qua infra, num. 16. & an debeat opponi ante litem contestationem, & quest. 289. ubi an quando proceditur contra absentem antequam debeat procurator i Pichardus in §. in summa, Institut. de injuriis, numer. 37. & latissime Farinacius quest. 99. num. 1. ubi discutit rationes dictæ resolutionis, & protulit secundam à nostro Gomezio consideratam: & n. 6. ait quod in practica accusator admittitur per procuratorem, & per discursum totius questionis plures ampliaciones, & limitationes congerit usque ad num. 274. & inter eas quod admittitur procurator pro carcerato, vel pro infirmo, & aliis, cum omnino videas ante omnes; & concil. 55. in addition. litera A. & Pareja de instrumentis, edit. tom. 2. tit. 6. resolut. 7. & Fachinæum controvertiarum, l. 1. cap. 24. & pluribus sequentibus, & Barbosa in Collectan. cap. veritatis, de delo & contum. num. 8.

An autem pro absente contra quem proceditur secundum leges hujus Regni, possit admitti defensor, seu excusator? videri poterunt Gregorius in l. 1. tit. 5. parte 5. noster Gomezius in l. 76. Tami, Parladorius quotidianarum, parte 1. cap. 20. Paz in praxi, tom. 5. parte 3. cap. 4. numer. 16. & segg. ubi etiam ait, quod coram Judicibus fraternitatis, vulgò, De la hermandad, talis defensor non admittitur, Farinacius latissime in quest. 99. ex num. 230. ubi quod admittitur ad probandam innocentiam rei: & num. 59. Cevallos quest. 237. & 289. apud quos crebrius receptum est defensorem & excusatorem admitti debere pro absente, quod nunquam prædicari vidi, præterquam ad allegandas causas absentia, vel infirmitatis, & sic obtinui: sic ait ipse Cevallos in dict. quest. 237. in fine, quod latissime prosequitur, distinguit, & declarat Farinacius in dict. questione 99. ex num. 275. omnino videndus, & Barbosa in Collectan. cap. 15. de accusat. num. 8. & 9. & novissime Pareja de instrumentis, editio. tom. 2. tit. 6. resolut. 7. maxime ex num. 24.

Ad numerum 13. ibi: *Quod tamen intellige, 14*

Quod in causis relegationis temporalis, vel pene pecuniarie dignis, admittitur procurator, ut hic resolvit Gomezius, tenent Bossius in pract. criminali, tit. an in criminali judicio, &c. n. 5. Antonius Gabriel lib. 7. conclus. 9. n. 9. Menochius de arbitrariis, lib. 1. questione 80. ex numero 66. Clarus in §. final. quest. 32. numer. 5. Cevallos quest. 289. num. 1. latissime Farinacius dict. quest. 99. ex num. 66. ubi ferè infinitos refert pro hac opinione, & eam communissimam appellat, nunquam tamen videmus aliquem addiri in prædictis causis, vel aliis per procuratorem, nisi sit incarceratus, vel se præsentaverit reus, postquam autem in vinculis conjectus fuit, etiam in causis gravioribus, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel alia reum per procuratorem audiri certinus quotidie, ut dictum manet numero precedenti, & statim dicitur; vide Carlevalium de judiciis, tom. 1. disp. 2. numer. 751. ubi quod pœna exilii temporalis non est corporalis.

Ad num. 14. ibi: *Præterquam si reus delinquent, 15*

Reum carceratum, & positum in vinculis audiendum esse per procuratorem, licet dubius, resolvit Gomezius hic; & ita etiam tenet Socynus in regul. 322. limitat. 11. Bossius in pract. tit. an in criminali judicio, &c. numer. 9. Clarus in pract.

pro §. final. quest. 32. num. 15. vers. Item queri, Menochius de arbitr. l. 1. quest. 80. numer. 46. Antonius Gabriel lib. 7. conclus. 9. ex num. 16. & alii plures relati, & secuti à Farinacio, dict. quest. 99. ex num. 134. ubi limitat præterquam in actibus, in quibus Judex indiget personâ rei, veluti ad declarationem, seu confessionem, torturam, & alia, de quo etiam agit num. 246. vide etiam Oualdum ad Donellum l. 18. c. 10.

Ad numerum 19. ibi: *Item etiam limita, &*

intellige, &c.
Procuratorem admitti ad appellandam in causis criminalibus, & etiam pro persona illustri in ipsa prima instantia in crimine injuriarum, ut hic resolvitur docet Socynus in regul. 322. limitatione ultima, Antonius Gabriel lib. 7. concl. 9. n. 78. Menochius de arbitrariis, lib. 1. quest. 80. num. 80. qui & alii relati à Farinacio in dicta questione 99. ex num. 175. tenent procuratorem admitti ad appellandum, quod bene explicat ipse Farinacius omnino videndus, ubi n. 80. agit quid de procuratore ad allegandam nullitatem.
Item de procuratore pro persona illustri, idem tenent Socynus in dict. regul. 322. limitatio e 7. Gabriel dict. conclus. 9. num. 52. Andreas Gail. de pace publica, lib. 1. cap. 10. numer. 12. quod late explicat, & declarat Farinacius dict. quest. 99. num. 115. & segg. & Pichardus in §. in summa, Institut. de injuriis, ex num. 27. quos omnino videas.

Item quod dicta resolutio generalis non procedat in iis, qui pro suo particulari interesse comparent pro defensione absentis, ut dominus pro servo, pater pro filio, maritus pro uxore, Abbas pro Monacho, Episcopus pro Clerico, universitas pro suo cive, dominus pro vasallo, & alii similes quorum interest reum non condemnari; ii enim possunt ab se defendere, etiam in causis capitalibus: docent plures relati ab Antonio Gabriel l. 7. conclusione 9. num. 47. & segg. Menochius de arbitrariis, dict. quest. 80. ex num. 60. & late, & optime declaratans & alios referens Farinacius dicta questione 99. ex num. 154. omnino videndus, Barbosa in Collect. l. fin. Cod. de noxalibus actionibus, numer. 3. Gregorius Lopez in l. 110. tit. 1. part. 7. & in l. 15. tit. 34. eadem partem, Dinus in regula, Ratum quis habere non potest: de regulis juris, in additione litera G. Aviles in cap. 2. prator. verb. N. hijos, numer. 1. 3. 7. & 9. Villadiego ad leges fori, l. 9. tit. 5. num. 34.

Ad numerum 16. ibi: *Sed contrarium est tenendum, &c.*

Processum esse nullum, etiam non opposita exceptione, si intervenit procurator in causis criminalibus, resolvit Gomezius, & docent Menchaca usque sequens. c. 2. num. 5. lib. 2. Clarus receptarum, §. final. quest. 32. num. 24. & alii relati à Cevallos quest. 237. num. 3. ubi n. 4. contrarium probat cum multis; imò quod valeat processus nisi prædicta exceptio opponatur ante litem contestatam tanquam dilatoria; & n. 5. addit cum Parladorio lib. 100. p. 20. & aliis, quod cum hodie ex l. 3. tit. 10. lib. 4. Recopilationis, possit Judex procedere contra absentem in causa criminali, licet non admittatur procurator, debet tamen admitti defensor, quia expedit Reipublice absentes à quibuscunque defendi, de quo jam diximus supra, n. 13. & n. 14. ubi de procuratore admittendo, vel non: Morla in empirio, tit. 2.

n. 55. ubi etiam ex pluribus docet judicium valere, ut dictum est, nisi à parte fuerit opposita exceptio: vide supra, d. n. 13. & 14. & Farinacium dict. quest. 99. num. 243.

Ad num. 17. ibi: *Oporet quod Index requiratur in actibus offensum, &c.*

Semper offensum debere requiri per Judicem, an velit accusare, ut hic resolvitur; docent communiter Doctores, ut constat ex Covarruvia, lib. 1. variarum, cap. 11 ad finem, Claro lib. 5. receptarum, §. final. quest. 5. num. 5. Farinacio in fragm. verb. Inquisitio, n. 343. Suarez de Paz in practica, tom. 5. parte, cap. 3. §. 5. ubi cum Julio Claro supra, advertit, quod non potest compelli hæres offensi ad accusandum, ipse tamen offensus bene potest compelli sub juramento declarare, & narrare seriem facti, licet non compellatur ad querelandum, ut hic probatur, & docet Barbosa in Collect. cap. Licet, de accusatibus, n. 3. & omnes: vide etiam eundem Barbosa in l. unica, Cod. ut nemo iniuriis agere, &c. D. Larream decis. Granatensis 26. n. 6.

Ad numer. 18. ibi: *Et attendendum circa illam legem, &c.*

Remedium legis diffamari, Cod. de ingemis manumissis, locum habere in qualibet causa civili, ut hic resolvitur, docent Covarruv. lib. 1. variarum, cap. 18 Sarmiento lib. 1. selectarum, cap. 2. per totam, ubi plures refert, licet ipse solum in causa status locum habere dicat, Menochius de arbitrariis, casu 98. n. 7. & de adipiscenda poss. remedio 4. n. 357. Philippus Portius in regul. 19. Afflictis decis. 268. Gregorius in l. 46. tit. 2. part. 3. Gratianus discept. tom. 1. cap. 85. & tom. 4. cap. 686. Molina de primogenitis, lib. 3. cap. fin. ex n. 22. Gutierrez consil. 51. late Pichardus in mandationibus, 3. parte, §. 4. numer. 47. Oualdus ad Donellum lib. 17. cap. 4. notatis litera G. & lib. 20. cap. 4. notatis litera A. ubi an excommunicatus possit hoc remedium intentare? & Tulchus litera D. verb. Diffamatus, quos vide, & Suarez de Paz in sua praxi, tom. 3. cap. 9. §. 1. ubi docet in omnibus causis, etiam criminalibus, locum habere prædictum remedium; & n. 5. enumerat requisita necessaria ad illud; & late, & optime D. Larrea decis. Granatensis 38. per totam, post Cancerium variarum 5. parte, cap. 1. ex numer. 54.

Ad num. 19. ibi: *Sed etiam poterit petere examinari, &c.*

Reum petere posse examinari testes pro sui defensione ad perpetuam rei memoriam, si actor differt agere, quamvis de eorum morte vel absentia non dubitetur, actorem verò hoc non posse petere, nisi verisimiliter constet de eorum morte, vel absentia, ut resolvit Gomezius, docent in civilibus loquentes Mynsingerus obseruat. 72. Centuria 4. vers. Secundum articulus, Andreas Gail. observatione 92. num. 8. & 9. lib. 2. Vivius opinione 922. n. 6. Malscardus conclus. 683. numer. 1. Menochius l. 1. præsumpt. 64. & Garcia de nobilitate, glossa 48. num. 21. & alii plures relati à Barbosa in Collect. cap. Quoniam frequenter, in lre non contestata, &c. ubi ponuntur requisita ad hoc examen testium ad perpetuam rei memoriam, & in cap. Si significavit, de testibus, num. 2. & latissime Farinacius omnino videndus in praxi, quest. 76. per totam, ubi fulissime materiam explicat ex parte actoris, & ex parte rei plures ampliaciones, & limitationes congerens, Tulchus

Vite. T. concl. 157. Matienzo in Dialogo, 3. part. c. 50. & novissime recteque materiam explicans in causis nobilitatis, & aliis, Elocbar in tractatu de puritate sanguinis, quæst. 24. per totam, quem, & Farinacium supra, omnino videas; & vide infra, n. 22. & Scacciam de judiciis, l. 2. c. 8. ex n. 119. latissime.

21 Ad numerum 20. ibi: Imo etiam quod magis est, &c.

Quod reus, cui aliqua exceptio competit; possit actorem ad iudicium provocare petens, ut declaretur, exceptionem sibi competere, imponatur silentium actori, ut docet Gomez ex l. si comendas, ff. de fideiussoribus, comprobant Rodericus Suarez allegatio 4. ex num. 5. Covarruvias l. 1. variarum, cap. 18. num. 3. Molina de primogeniis, l. 3. cap. finali, num. 22. Gutierrez consilio 5. l. late, & optime declarans, Paz in praxi, tom. 3. cap. 9. §. 2. per totum; & vide etiam Sarmientum l. 7. select. c. 6. num. 4. Avendañum in tit. de exceptionibus, n. 50. Azevedum in l. 1. tit. 2. l. 4. Recopil. num. 143, & Cancericum variarum, 3. parte, cap. 1. ex n. 53. ubi bene declarat differentiam huius remedii, & l. diffamari, C. de ingenis manumissis.

22 Ad numerum 21. ibi: Secus vero in criminali ex parte accusatoris, &c.

Resolutionem supra traditam n. 20. de testibus recipiendis ad perpetuam rei memoriam declarat Gomez in presenti, ut non procedat in criminalibus, ex parte accusatoris, licet procedat in reo, & ita etiam docent Speculator in titulo de teste, §. tunc tractemus, num. 6. versiculo; Quis si criminaliter; Andreas Gail. observatio 92. n. 13. & sequentibus. lib. 1. noster Gomezius in l. 76. Tami, n. 4. Clarus receptorum, §. finali. questione 44. in principio, versiculo, Et hoc adeo verum est; Tufchus litera T. conclusio 158. numer. 7. & sequ. & plurimos referens Farinacius in praxi, quæst. 76. ex num. 113. ubi num. 114. ampliat, etiam si testes sint valerudinarii, vel diu abfuturi, quia non recipiuntur, nec examinantur ex parte accusatoris; & n. 115. limitat quando de crimine agitur civiliter, tunc enim poterunt ante litem contestatam examinari, senes, valerudinarii, & abfuturi, ac si civiliter ageretur, & numeris sequentibus, alias plures limitationes congerit, quas per eum videre poteris; & n. 123. comprobat secundam partem prædictæ resolutionis, nempe quod ex parte rei poterunt examinari testes ad perpetuam memoriam, etiam in criminalibus, eum videas, & concl. 99. post Opera Roderici Sua ex & latissime Scacciam de judiciis, l. 2. cap. 8. ex n. 119.

23 Ad numerum 22. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Cum antea n. 18. dixerit noster Gomez, remedium l. diffamari, posse intentari in quolibet iudicio, ut ibi videre poteris, tunc proseguendo materiam asserit, quod semper Iudex debet requirere offensum, vel eos qui suam, vel suorum injuriam proseguuntur, & eis præfigere terminum, ut declarent an velint accusare, vel non; nam alias si veniant ante probationem factam, & publicationem ejus, admittendi sunt (de quo etiam infra in additione ad numer. 26.) & ita tenent Capola in cautela 27. Hippolytus, in sua practica, §. constans, n. 39. Parif. de Puteo de syndacatu, in parte, dicit constitutio Regni, numer. 10. & eos, & alios referens Avilez in cap. 1. pratorum, verbo, Fiel, n. 34. Barbosa in leg.

secunda, ff. soluto matrimonio, in principio, numero 110. Clarus receptorum, paragra. final. questione 3. numer. 8. & Dom. Larrea decii. Granatensis 98. maxime numero 13. Aliquando autem quis compellitur accusare, ut filius de nece patris, Narbona de etate, anno 25. questione 41. num. 13.

Ad numerum 23. ibi: Quod indistinctè in qualibet causa, &c.

In qualibet causa prætendenti aliquid jus potest assignari terminus, ut illud deducat in iudicio, ita Gomezius in presenti, & comprobari potest ex iis quæ diximus supra, n. 19. & ex doctrina Avilezi, dicto cap. 1. pratorum verbo, Fiel. numer. 34. & 35. & Tufchus litera D. conclusio 411.

Ad numer. 24. & 25. ibi: Sed his non obstantibus.

Et ibi: In quo resolutivè dico, &c.

Unicam monitionem sufficere ad hoc ut excludatur accusator, juxta supra dicta, dummodo post lapsum termini Iudex profert sententiam interlocutoriam, in qua pronuntiet eum amplius non audiendum, vel quando tempore assignationis primi termini Iudex addat, & dicat, quod termino elapso actor vel accusator amplius non audietur, resolvit hic noster Gomezius & docent plures relati, & secuti, ab Avilezio, in dicto c. 1. pratorum, verbo, Fiel, dicto numero. 34. ubi addit quod sententia lata, non requisita parte offensa, ipsi non præjudicat, & Iudex tenetur in syndacatu, si absolvit delinquentem. Et in versu. Adeo quod transacto, &c. advertit quod post terminum impositio silentio, minor non restituitur ad accusandam, ex decisione Text. l. auxilium, ff. de minoribus, & Paz in praxi, tom. 1. parte 5. cap. 3. §. 5. num. 8. Tufchus, litera D. conclusio 411. num. 16.

Ad numerum 26. ibi: In quo articulo breviter dico, &c.

Nec accusatorem extraneum, nec Iudicem ex officio posse procedere contrarium absolutum, nisi doceatur de prævaricatione primi accusatoris, vel Iudicis, vel testium, vel Tabellionis, accusatorem vero, qui prosequitur suam, vel suorum injuriam, bene admittendum, licet non doceat de prævaricatione, si habuit ignorantiam, vel fuit impeditus, docet Gomezius, & tenent Bossius in practica criminali, titul. de sententiis, num. 60. & 64. Clarus §. finali, questione 57. Scaccia de judiciis, lib. 1. cap. 11. num. 81. ubi de absoluto ab uno Iudice, an ab alio possit puniri? Et in tractatu de re iudicata glo. 14. questione 7. ex numero 150. ubi de absoluto simpliciter vel ab observatione iudicii, Gailus de pace publica, l. 2. cap. 11. num. 24. Federicus inter opera Farinacii resolutione 17. Tufchus litera A. conclusio 51. latissime materiam prosequens & ampliand, & limitans, & latius Farinacius in praxi, quæst. 4. per totam, ubi quatuor ampliationes, & undecim limitationes congerit; omnino videndus, & numer. 20. & sequentibus, declarat, quomodo probetur prædicta ignorantia; & consilio 46. n. 14. & iterum quæst. 187. numero 297. ubi de hæresi Gregorius in l. 20. titul. 22. partia 3. glo. 27. Gratianus regula 125. Barbosa in leg. secunda, ff. soluto matrimonio in principio, numer. 109. & 110. & aliter Barbosa in Collectanea cap. 6. de accusationibus, ubi de absoluto ob non probatum crimen.

Ad numerum 27. ibi: Et resolutivè dico, &c. Reum

Reum condemnatum pro aliquo crimine non posse iterum accusari, etiam ratione alicujus qualitatis adjectæ; secunda verò accusatio cum alia qualitate quod debeat admitti ante sententiam probat Gomezius in presenti, & docent late explicantes, Clarus receptorum, §. fin. quæst. 57. Bossius in practica, tit. de sententiis, num. 64. Boëtius in decis. 289. n. 1. & seq. & plures referens Barbosa in collectanea c. 6. de accusatoribus, Scaccia de judiciis, l. 1. cap. 12. num. 81. & 82. & alii plures in unum congesti à Farinacio in dicta quæst. 4. n. 4. ubi late resolutionem Gomezii exornat, cum aliis declarat, quod si illa nova qualitas diversificat delictum, aut condemnationem, & penam, verbi gratià, si absque qualitate accusetur de homicidio, cum qualitate autem de particidio, tunc semel absolutus seu condemnatus de homicidio non prohibetur iterum accusari de illa qualitate diversificante delictum, si verò qualitas de novo proposita non diversificat delictum, licet illius penam, & condemnationem augeat, tunc semel absolutus seu condemnatus de aliquo delicto non potest iterum accusari super illa qualitate, unde absolutus seu condemnatus de vulnere, non potest iterum molestari ex debilitatione membri secuta ex iplo vulnere; vide eum per totam questionem, & questione 7. numer. 26. & omnes relatos n. præcedenti, qui easdem ampliationes, & limitationes fere applicant ad presentem resolutionem: vide etiam Tufch. litera C. conclusio 571. per totam, & Larream decis. Granatensis 50. ex numer. 5.

29 Ad numerum 28. ibi: An debeat esse civis illius populi, &c.

Etiam forensium, & advenam esse admittendum ad accusationem in publicis judiciis, ut hic resolvitur, docent late Angelus, Gigas, & alii relati, secuti à Farinacio in praxi, questione 12. num. 11. ubi laudat nostrum Gomezium, & ejus solutionem ad Text. in l. in provinciali, §. finali, ff. de novi operis nuntiatione, Tufchus litera A. conclusio 160. ubi quod in crimine publico accusat omnis qui non reperitur prohibitus, Paz in praxi, tom. primo parte. 5. cap. 3. numer. 8.

Et generaliter circa contractus, & alia forensium seu peregrinorum, & an possint uti privilegiis, & legibus locorum ubi reperiuntur, vel subjectionum statutis, & ordinationibus; videbis Thomam Sanchez de matrimonio, l. 3. dispensatione 18. & dispensatione 23. Gregorium in l. 21. titul. 4. partia 1. Gratianum disputationum, cap. 164. num. 9. & cap. 42. num. 34. ubi an juvetur consuetudine loci; & cap. 41. numer. 41. & cap. 53. num. 2. 13. & 14. c. 19. 530. num. 39. Avendañum de exequendis mandatis, l. 1. cap. 13. num. 10. Molinam de iustitia, tom. secundo, dispensatione 327. & late Fagundes in quinque præcepta E. clisse, l. 1. præcepto 1. cap. 7. & 8. Azevedum in l. 1. tit. 18. l. ok. & Recopil. Gutierrez lib. 4. quæst. 42.

30 Ad num. 29. ibi: Sed salva eius pace, &c.

Sive in crimine publico, sive privato licite proponi posse accusationem, & cum bona conscientia si fiat zelo iustitiæ, & absque odio, & rancore, ut hic resolvitur, docent communiter Doctores, penam enim & præmio universi cives in officio continentur, ut optime exornat Pichardus in rubrica, Institut. de publicis iudiciis, & in specie ita probant latissime Didac. Perez l. 1. glo. 3. Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. III.

tit. 3. l. 5. ordinamenti, Tiberius Decianus in suis in delictis criminalibus, 1. parte, lib. 3. c. 4. & 5. Paz in praxi, tom. primo parte 5. c. 3. n. 3. & sequ. ubi probat, quod aliquando recusatio cadit sub præcepto, nempe quando crimen publicum tendit in perniciem Reipublicæ, & per aliam viam communi bono consulti non potest, Barbosa in collectanea l. unica, C. ut nemo inveniatur vel accusatus compell. num. 4. Thom. Sanch. in consiliis Moralesibus l. 6. cap. 1. dicit in 26. & dubio 28. ubi quid si delictum probare non potest, & dubio 29. ubi an pœctum vel juramentum de non accusando valeat; & late & optime materiam accensans omnino videndus Sayrus in clavi Regia, seu Theaur. casuum conscientie, l. 12. c. 14. ubi distinguit inter crimen contra Rempublicam, & contra privatam personam, & variis propositionibus questionem resolvit, quam etiam doctissime profertur Vincentius Felicitus tract. 40. in oblationem præcepti, c. 7. per totum. Ex quo sequitur, quod si post institutam injuriam actionem, injuriatus cum injuriante comederit, vel aliud simile fecerit, non actionem, sed animi rancorem remissibile videatur, nulla enim culpa est; jus suum profertur, ut explicat Pichardus in §. hoc alio 12. Institut. de injuriis, n. 11. vide etiam Gregorium synagm. l. 32. c. 7. n. 2. & Gregor. de Valentia 22. dispensatione 3. quæst. 1. p. alio 1.

Ad numerum 30. ibi: Sed ego teneo c. murarium, 31. &c.

Accusationem de delicto publico esse jus quoddam differens ab actione & officio Iudicis, ut hic resolvitur, docent Parlador. tom. 3. differencia 35. ubi explicat quomodo differat actio de officio Iudicis nobili seu mercenario, Bossius in practica, titul. de Inquisitione, Cantera in quæst. crim. præludio 1. & comprobatur ex ipsismet definitionibus actionis accusationis, & officii Iudicis, de quibus superius relati agunt, & Farinac. quæst. 12. num. 2. ubi quid fit accusatio; & Paz in praxi, tom. 1. 5. parte, ap. 3. num. 2. & optime Pichard. in principio, Institut. de publicis iudiciis, ex num. 21. ubi num. 25. ait quod criminales causas non exercentur per actiones, & an criminales, & civile iudicium concurrere possint; & alia, optime Alciatus in l. pecunie, §. alio, ff. de verborum significatione, & quod accusatio non fit officium Iudicis residens in parte, ut dixit Bartolus, probari potest ex iis quæ cumulat Pichardus ipse in principio, Institut. de obligacionibus, que ex Achelio nascuntur; eos vide, & Petrum Gregorium in synagm. l. 31. c. 2. per totum, ubi num. 2. quod aliquando accusationis, & actionis verbo æquivoce utimur, & in c. 24. ubi de differentiis inter iudicium criminalis, & civile.

Ad numerum 31. ibi: In quo articulo breviter dico, &c.

Quemlibet ad accusandum admittendum in crimine publico, nisi expressè reperiat prohibitus ut sunt mulier, minor infans, miles, & alii ut probat Gomezius in presenti, docent late Clarus in practica, §. finali, quæst. 14. ubi ejus Additionariorum Plaza in opinione delictorum, c. 45. num. 8. & alii in unum congesti per Tiberium Decianum in tract. criminali, l. 1. c. 6. num. 1. & sequentibus, part. 1. Tufchus litera A. conclusio 160. & duabus sequentibus, ubi late ampliat, limitat, & declarat, & Pichard. in mandationibus, 3. parte, §. 1. n. 5. ubi alios plures refert, Barbosa in collectanea ad titulum de accusationibus, & in c. 31. ubi quod Monachus potest accusare suam Abbatem.